| P. | Pedes.vel Pater.vel Patriæ. |
| P̄P̄. | Perpetua. |
| PEG. | Peregrinus. |
| P.E.C. | Pecunia eſt conſtituta. |
| PIC.ORB. | Piceno Orbicario. |
| PˇE. | Poteſt. |
| P⁹.PE. | Poſt pœnam. |
| P⁹.CONS. | Poſt Conſules. |
| P̄R̄S̄. | Præſes. |
| PCT. | Præceptum. |
| P̄.P.V.C. | Præſes prouinciæ vir clariſſimus. |
| P̄.AF. | Præſes Africæ. |
| P̄.AEG. | Præſes Aegypti. |
| P̄.SYR. | Præfectus Syriæ. |
| P̄.IVD. | Præfectus Iudææ. |
| P̄.CL̄. | Præfectus Claſſis. |
| P̄.CL.R. | Præfectus Claſſis Rhauẽnatũ.vl' (Romãoꝝ. |
| P̄.ISP. | Præfect⁹Hiſpaniæ. |
| PR.ILL. | Præfectus Illyrii. |
| PR.DM. | Præfectus Damaſci. |

| | |
|---|---|
| PC.MSPT. | Præfectus Mesopotamiæ. |
| PC.PRT. | Præfectus Prætorii. |
| P.FBR. | Præfectus Fabrum.vel Fabrorum. |
| P.IMP.OR. | Præfectus Imperii Orientalis. |
| PS.COOR. | Præfectus Cohortis. |
| PRAEF.VIGIL, | Præfectus Vigilum. |
| PRAEF.VRB. | Præfectus Vrbis. |
| PR.PR. | Præfectus Prætorii. |
| PRAEF.ANN. | Præfectus Annonæ. |
| PRAE.PRAES. | Præfectus præsidii. |
| P.S. | Plebiscitum. |
| PR.CLD. | Pridie calendas. |
| PIC. | Periculum. |
| PR. | Prætor. |
| PIC. | Picenum. |
| P.F. | Potest fieri. |
| P‡. | Potest.vel Possunt.vel Potentes. |
| P.E. | Profectus est. |
| PR.P. | Præses prouinciæ. |
| PD. | Prædium. |
| PR. | Possessori redditum. |
| PE. | Præter. |
| PS. | Præceps. |
| PR.TR.PL. | Prætores Tribuni plebis. |
| PR.I.A. | Prætori iudicem arbitrum. |
| P.S.T.Q.H. | Præcipito,sumito,tibiq; habeto. |
| P⁹. | Pax. |
| PŌ. | Potest. |

| | |
|---|---|
| PEC. | Pecunia. |
| PPA. | Propterea. |
| PRT. | Prætorii. |
| P.STLITIB.IVD. | Præfectus ſtlitibus iudicandis. i. litibus. |
| P.C. | Per Cōcilium. vel Per Cōſules. |
| P.F.O. | Patris filius optimus. |
| PCP. | Principe. |
| PAT.R. | Patritii Romani. |
| P.V. | Populus videtur. |
| P.VID. | Populo videtur. |
| P.V.E. | Populo viſum eſt. |
| PRO.P. | Proditor Patriæ. |
| PVB.IV. | Publice iurauit. |
| PVB.HO. | Publicus hoſtis. |
| POR.C.F. | Porcii Catonis filius. |
| P.PAT. | Pater patratus. |
| PCT. | Præceptum. |
| P.G. | Publice gerendum. |
| PRF. | Præfectos. |
| PRR. | Prætores. |
| PRESBB. | Preſbyteri. |
| Q | Quæ. vel Qua. vel Quia. vl' Qui. vel Quintus. |
| Q.M.P. | Quadrum munere plenum. |
| QT.MAX. | Quintus Maximns. |
| QS. | Quis. |

| | |
|---|---|
| Q. | Quod.vel Quas.vel Quantũ.vel |
| Q.D. | Quidem (Quur.vel Quæstio. |
| Q. | Qua. |
| Q A. | Qua. |
| Q VI. | Quamdiu. |
| Q. | Quatenus. |
| Q V. | Quarum. |
| QQ.vel QQ.vel Q Q. | Quanq̃.& Quoq;. |
| Q R. | Quare. |
| Q .S. | Qua ſicut. |
| Q^PP. | Quapropter. |
| Q .D.R.P. | Qua de re peto. |
| Q .D.R.P.G.V. | Qua de re peto grauitate virum. vel Graues viros. |
| Q .D.R.P.L.I V. | Qua de re peto laudabiliter iura. |
| Q .P. | Quo perit. |
| Q .E. | Cur eius. |
| Q .A. | Quemadmodum. |
| Q C. | Quaſi. |
| Q T.C. | Quintus Cœlius. |
| Q M. | Quomodo. |
| Q' R.EL. | Curtius Hælius. |
| Q".ST. | Quur ſtellis. |
| Q MS. | Quæſumus. |
| Q°.TP. | Quo tempore. |
| Q P. | Quippe. |
| Q.R. | Q uæ res. |

| | |
|---|---|
| QE. | Quæ. |
| QRO. | Quæro. |
| QQ. | Quæcunq;. |
| Q M.PT. | Quam patriam. |
| Q.R. | Quem rogat. |
| QC.ASS. | Quem asserit. |
| QC.DIC. | Quem dicit. |
| QC.P. | Quem petit. |
| Q S. | Quis. |
| Q.E. | Quærendum est. |
| Q. | Quæstio. |
| Q.N. | Quænam. |
| Q M.L. | Quem locum. |
| Q M.PV. | Quam prouinciam. |
| Q C.V. | Quæ vult. |
| Q V. | Qui. |
| Q T.M. | Quintus Murena. |
| Q°.M. | Quo modo. |
| Q.E.R.E. | Qualis ea res erit. |
| Q.Q D. | Quando quidem. |
| Q.G,V. | Quæ grauitas viri. |
| Q.C.P. | Qua causa petit? |
| Q.I.P. | Quo iure petit? |
| Q.IND.P. | Quibus indiciis petit? |
| Q M.PTR.D. | Quam patriam dicis? |
| Q.B.N.F. | Quare bonum non factum. |
| Q T.M. | Quanta munera.vel Quot munera. |

| | |
|---|---|
| R | Roma. vel Romanus. vel Romanorum. vel Rem. vel Rex. vel Regulis. vel Regnum. |
| RT. | Refert. |
| RTD. | Rotundum. |
| RM.L. | Romanæ Leges. |
| R.M.I. | Res materna iacet. |
| RG.TS. | Regium Thesaurum. |
| R.PCP. | Rei principium. |
| RC. vel ℞C. | Rescriptum. |
| ℞. | Responsum. vel Respondit. vel Res. vel Rus. vel Rex. vel Ruunt. |
| R. vel R Ṙ. | Rura. |
| R̄. | Res. vel Rem. |
| ℞EE. | Recuperatores. |
| R.PI. | Res priuata. |
| R.D. | Regis donum. vel Domus. |
| R.M. | Regis manus. vel Rege maiori. |
| RG.F. | Regis filius. |
| R.M. | Regis mundum. |
| RGL. | Regulus. vel Regalis. |
| RG.FA. | Regis filia. |
| RMS. | Romanus. |
| R.C. | Romana ciuitas. vel Romani ciues. |
| R^A. | Romana. |
| RHAV. | Rhauenna. vel Rhauennatum. |
| R E. | Rhauennæ. |

| | |
|---|---|
| ℞S. | Reſponſio. |
| ℞C. | Recognouit. |
| ℞.G. | Res geſta. |
| R̄.C̄. | Romani ciues. |
| RAR. | Rarum. |
| R.V. | Rura venalia. |
| RG.F. | Regis familia. |
| ℞.P. | Rura publica. |
| S | Senatus. vel Stabat. vel Stultus. vel Stupidus. vel Sic. vel Sunt. vel Sint. vel Sub. |
| SLX. | Silexerius. |
| ST.P. | Studium poſuit. |
| S̄C̄.CM. | Sacratus cõmunes. |
| SC.L. | Sacri Largitoris. |
| SS. vel SAT. | Satis. |
| STF. | Satiſfecit. |
| SF. | Satiſfacit. |
| S.G. | Satis geſtum. |
| SC.CM. | Sacra coma. |
| SC̄ŌR̄. | Sanctorum. |
| SC.MM. | Sanctæ Memoriæ. |
| SPM. | Spiritum. |
| SN. | Sententia. vel Sine. |
| S.D. | Sententiam dixit. vel Dedit. vel Senatus dixit. |

| | |
|---|---|
| SG. | Sacrilegium. |
| SN.D. | Sinedubio. |
| SCL. | Sci licet. |
| SN.P.M. | Sine periculo mortis. |
| S.C. | Senatus conſulto. |
| $\overline{SS}$. | Supraſcriptus.vel Sine ſenſu. |
| SCD. | Secundum. |
| SGN. | Signum. |
| ST.TS. | Statutum tempus. |
| ST.D. | Statutum diem. |
| STD.D. | Stadium dedicauit. |
| SD. | Supradictus. |
| SP.M. | Supra memorauit. |
| S$\overline{IG}$. | Sigillum. |
| ST.TP. | Statuta tempora. |
| ST.CS. | Statuti Conſules. |
| ST.SN. | Statuti Senatores.vel Stupet Se-natus. |
| ST.P. | Stadium poſuit. |
| S⁹. | Sunt. |
| SPD. | Supradicti. |
| SCS. | Sanctius. |
| SCM. | Sanctum. |
| SB. | Sibi. |
| ST. | Statutum. |
| SV. | Siue. |
| SQ D. | Siquidem. |
| S$\overline{A}$. | Sententia. |
| SL. | Sylla. |

| | |
|---|---|
| S.T. | Sine teſticulis.vel Sine teſtibus. |
| S.VR. | Sine viribus. |
| S.GN.vel.G. | Sine genitalibus. |
| S.O. | Sine oculis.vel Sine occaſione. |
| S.M. | Sine manibus.vel Sine malo. |
| S.P. | Sine pedibus.vel Sua pecunia. |
| S.P. | Sine patre. |
| SP. | Spurius. |
| S.9. | Senatus conſultus.vel Cõſultuȝ. |
| ST.SN. | Statuta ſententia. |
| ST.COS. | Statuto Conſulis. |
| S.C.PS. | Senatus conſultum Plebiſcitum. |
| SCI.AF. | Scipio Africanus. |
| S.I.D. | Supplicatio immortali Deo. |
| S.VR. | Sine viribus.vel Sine virtute. |
| S.X.P.Q.R. | Salua Crux populũ,quem rede(miſti. |
| S.S. | Sacri ſcrinii. |
| S.CON. | Sine conſenſu.. |
| S.AV. | Sine auribus. |
| S.COR. | Sine corde. |
| S.L. | Sine lingua.vel Sine liberis. |
| SAC.S. | Sanctio ſancta. |
| S̶S̶. | Sanctiones ſanctæ. |
| S.D. | Sacrum Dis. |
| S.M. | Sacrum Manibus. |
| S EQ.Q.OD.ET. P.R. | Senatus,Equeſtris'qȝ ordo,& Populus Romanus. |
| S̶.L.M.N. | |

| | |
|---|---|
| T | Tullius.vel Tanto.vel Titus. |
| Ꝑ. | Ter. vel Tam. vel Trans. vel Tum. |
| TC. | Tunc. |
| TP. | Tempus. |
| TM. | Tantum. vel Terminus. vel Thermæ. |
| T.M.R. | |
| TN. | Tamen. |
| TM.P. | Terminus poſitus. |
| TTO. | Teſtamento. |
| 7T7. | Intus. |
| TB.R. | Tiberius Romæ. |
| TB.T. | Tibi tantum. |
| TB.D.F.M.AD. | Tibi dulci filio meo adoptato. |
| TRAI. | Traianus. |
| ┼. | Tibi.vel Tribuni. |
| TB. | Tibunus. |
| TB.POT. | Tribunitiæ poteſtatis. |
| TB.CL. | Tiberius Claudius. |
| TT.Q TS. | Titus Quintus. |
| TB.CS. | Tiberius Cæſar. |
| TT.IMP. | Titulum impoſuit. |
| TP.M. | Tempus malum.vel Medium. |
| T.I.A.V.P.VV.D. | Tento iudicem,arbitrum'ue,poſt volo,vti des. |
| T. | Nomini Militis appoſituȝ ipſuȝ in bello ſupſtitē eſſe ſignabat. |

| | |
|---|---|
| V | Vicit. vel Victor. vel Veniet. vel Vitellius. vel Vester. vel Vestro. vel Vero. |
| V.E. | Visum est. |
| V^s. vel VS. | Vester. |
| V.V.V. | Viros vrbis vestræ. |
| VAL.CS. | Valerius Cæsar. |
| VS.CS. | Vespasianus Cæsar. |
| VP.IP. | Vespasianus Imperator. |
| V.MVN. | Vias muniuit. |
| VBI. | Vrbi. |
| VI.G. | Verbi gratia. |
| V^m.E. | Verum etiam. vel Veterum etiam |
| V^o. | Vero. |
| V. | Vel. & Ver. |
| VV. | Veluti. vel Venerunt. |
| VIR. | Virgo. |
| VRB.R. | Vrbis Romanæ. |
| VAL. | Valerianus. |
| VLPS. | Vlpius. vel Vlpianus. |
| V.C. | Vir clarissimus. vel Clarus. |
| VM. | Vestrum. |
| VL. | Videlicet. |
| VB. | Vobiscum. |
| VV.CC. | Viri clari. |
| V.R. | Vrbs Roma. |
| VRB.R. | Vrbis Romæ. |
| VS.L.M.P. | Viuens locum monumēti posuit. |

| | |
|---|---|
| V.N.V. | Viro noſtræ Vrbis. |
| VT. | Verumtamen. |
| V.S. | Voluit Senatus. |
| V.COSS. | Voluerunt Conſules. |
| V.C.C.F. | Vale coniunx cariſſima feliciter. |
| V.D.A. | Vale dulcis amice. |
| V.D.N.V. | Vale decus noſtræ Vrbis. |
| V.S.L.M.H.D.S.S. | Viuus ſtatuit lege mãdari hoc de ſuo ſibi. |
| VV.FF. | Viuentes fecerunt. |

☧

| | |
|---|---|
| X. | Xidus. |
| ✱. | Denarius. |
| Xʼ. | Xynodus. |
| Xꝰ. vel X. | Exiſtimatio. |
| X.D. | Decies dedit. |
| X.E. | Decies exiſtimet. |
| X.VIR. vel X.V. | Decem viri. |
| XXIIX. | Duo de triginta. |
| XIX. | Vndeuigeſimo anno. |
| XXX IIII. | Trigintaquatuor. |
| XV. | Quindecim. |
| Y MN. | Hymnus. |

# DE MINVTIIS, EX DEMETRIO ALABALDO.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| AS XII | Vnciarum Libra | | | ℔ | id eſt |
| Scrupulos habet | | | | | CCLXXXVIII. |
| Deunx, vel Deuns | XI | ℥℥℥ | | ℔ | CCLXIIII. |
| Dextans, ſiue Decuns | X | SSS | | ℔ | CCXL. |
| Dodrans | VIIII | S'S' | | ℔ | CCXVI. |
| Bes. | VIII | | | ℔ | CLXXXXII. |
| Septunx, ſiue Septus | VII | S' S | | ℔ | CLXVIII. |
| Semis | VI | S | | ℔ | CXLIIII. |
| Quincūx, ſiue Quincus. V. 3. S | | | | ℔ | CXX. |
| Triens. | IIII | 3 | S | ℔ | XCVI. |
| Quadrans. | III | 3' | | ℔ | LXXII. |
| Sextans. | II | 3' | | ℔ | XLVIII. |
| Sexcuncia. | I | ʒ | | ℔ | XXXVI. |
| Vncia. | | S | ſ | ℔ | XXIIII. |
| Semiuncia. | | S' | | ℔ | XII. |
| Duella. | | V | ν | ℔ | VIII. |
| Sicilicus. | | ɔ | | ℔ | VI. |
| Sextula. | | ʊ | | ℔ | IIII. |
| Hemiſeſcla. | | Ψ | | ℔ | II. |

Siliqua dimidia Sextula, κεράτιον græce, Lentis octo semina cõtinet. Sic autem est. Ə-II.

Obolus, qui latine dicitur Scrupulus, Siliquas omnino continet sex.

Drachma, siue Argenteus. Ə-III.

Tres autem Scrupuli Drachmam faciunt.

Sextulam creat additus Scrupulus Drachmæ. Ə-4.

Denarius Ə-4. hoc est, sexta pars Vnciæ, ita pro vna Libra xii. Vnciarum faciet Denarios. lxxii.

Sicilicum facit duplex Drachma. Ə. VI.

Sextulæ duæ Duella vocant̃, & tertia ꝑs Vnciæ est. i. Ə. VIII.

Semiuncia, Semisuncia, Sexcuns, vel Sexcuntia tres dimidiæ partes Vnciæ.

Vncia Sextulas senas hẽt. vl' dicas, Vncia vna Drachmæ. VIII. Scrupuli. xxiiii. Siliquæ. cxliiii.

Libra Italica cõtinet Drachmas. xcvi. id est duodeciꝫ Vncias.

Libra Græca minor est, vt quæ Drachmis conficiatur septem, & septuaginta.

Mnam, seu Minam constituunt centum Drachmæ, maiorem Drachmis quatuor Romana Libra.

Dipondius Libræ duæ.

Sextarius vero Libræ duæ cum dimidia sunt.

Talentum Atticuꝫ maius tres, & octoginta Minas, & Vncias insuper quatuor habet, nec maius vllum pondus Attico Talento.

Talentum Atticum minus Minas cõtinet ſexaginta, quæ ſex millia Drachmarum ſunt.

## DE MENSVRIS.

Amphora, capit quantum Teſſera quoquo verſus in Area Pedum quatuor.

Pes ſexdecim conſtat Digitis.

Modius eſt duplex Amphora. Græce μέδιμνος. id eſt Medimnus.

Sextarius fit triplici Amphora.

Cotyle vocatur dimidium Sextarii, & Hemina.

Chœnica completur quatuor Sextariis.

Congius uero completur ſex Sextariis. qui latine Chus dicitur. Inde quidam putant Sextarii nomen, quod eum ſexies Congius capit. Scribit tamen Iulius Pollux Cotulã Chœnicis eſſe tertiam partem. Chœnicas octo, & quadraginta Medimno cõtineri. Sed & Hemina ſex implet Cyathis. Cyathi uero pondus fere Drachmæ decẽ, ſicut Oxybaphi quindeciꝫ. Cyathi pars quarta Myſtros. Huius tertia Cyamæ, quæ duo Cochlearia capit. Sunt & Artabæ, quæ ternæ denos capiũt Modios, & omniũ maximus Culleus, quem viginti Amphoræ complent.

Sextarii nota hæc eſt. S̶S̶.

Et hæc nota aliquando capitur pro Scrupulo.

Sed Scrupuli figura talis eſſe cenſetur. ℈.

| | | |
|---|---|---|
| Vnciæ vero | | ℥ |
| Semis | | ß |
| Libræ | talis | Λ |

# VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI TRACTATVS DE COMPVTO, VEL LOQVELA PER GESTVM DIGITORVM.

DE TEMPORVM Ratione,Do-
mino iuuante,dicturi necessariuꝫ duxi-
mus,vtilissimā primo,ꝓmptissimam'q;
flexus digitoꝝ paucis præmonstrare so
lertiam.vt,cum maximā computādi fa-
cultatem dederimus,tum ꝓmptiores le
gentium ingenio ad inuestigādam,dilu
cidandam'q; computando seriem tempoꝝ ueniamus. Neq;
enim contēnenda,paruipēdenda'q; est Regula, cuius omnes
pené Sacræ expositores Scripturæ nō minus,q̄ literaꝝ figuras
monstrātur amplexi.Deniq; & multi alii alias,& ipse Diuinæ
interpres Historiæ Hieronymus in Euangelicæ tractatu sen- Hier.in
tentiæ huius adiumētum dísciplinæ non dubitauit assumere. Iouiñ.
Cētesimus inquit,& Sexagesimus,& Trigesimus fructus, q̄q̄ lib.i.
de vna tera,& de vna semēte nascatur,tm̄ multum differt in nu
mero.Triginta referūtur ad Nuptias,nam & ipsa digitoꝝ cō-
iunctio quasi molli osculo cōplexans se,& fœderans,marituꝫ
pingit,& coniugem.Sexaginta vero ad Viduas,eo ꝙ in angu
stia,& tribulatione sunt positæ.vnde & superiori digito depri
muntur.Quāto'q; maior est difficultas expertæ quondam vo
luptatis illecebris abstinere,tanto maius est præmium.Porrò
Centesimus numerus (diligenter quæso lector attende) de si-

niſtra tráſfertur in dexteraȝ. Et eiſdem qdem digitis,(ſed nō eadeȝ manu) quibus in læua Nuptæ ſignificant,& Viduæ, Circulum faciens exprimit virginitatis coronam.

Cum ergo dicis Vnum,minimum in læua digitum inflectens in medium palmæ arctum infigas.

Cum dicis II, ſecundum à minimo ibidem impones.

Cum dicis III, tertium ſimiliter inflectes.

Cum dicis IIII, minimum leuabis.

Cum dicis V, ſecundum à minimo ſimiliter eriges.

Cum dicis VI, tertium nihilominus eleuabis, medio dūtaxat ſolo,qui medicus appellatur,in medium palmæ fixo.

Cum dicis VII, minimum ſolum ſuper palmæ radicem,cæteris interim læuatis,impones.

Iuxta quem,cum dicis VIII, medicum.

Cum dicis VIIII, impudicum e regione compones.

Cum dicis X, vnguem indicis in medio figes artu pollicis.

Cum dicis XX, ſummitatem impudici inter nodos indicis, & pollicis arcte figes.

Cum dicis XXX, vngues indicis,& pollicis blādo coniunges amplexu.

Cum dicis XL, interiora pollicis lateri,vel dorſo indicis ſuperduces,ambobus duntaxat erectis.

Cum dicis L, pollicem exteriore artu inſtar græce literæ Γ curuatum ad palmam inclinabis.

Cum dicis LX, pollicem,vt ſupra,curuatum indice circūflexo diligenter à fronte præcinges.

Cum dicis LXX, indicem,vt ſupra, circūflexum pollice in longum extenſo implebis, vngue videlicet in medium in-

dicis artum fixo.

Cum dicis LXXX, indicem, vt supra, circũflexum pollice in lõgum tenso implebis, vngue illius erecto trans medium indicis artum.

Cum dicis XC, indicis inflexi vnguem radici pollicis erecti infiges. Atq; hactenus in læua.

CENTVM vero in dextera, quo modo in læua X facies.

CC in dextera, quo modo XX in læua.

Eodem modo cætera vsq; . DCCCC.

Item Mille in dextera, quo modo vnum in læua.

Duo millia in dextera, quo modo II in læua.

$\overline{III}$ in dextera, quo modo III in læua. Et cætera vsq; ad nouem millia.

Porro' $\overline{X}$ cu3 dices, læuam in medio pectoris supinam appones, digitis tantum ad cœlum erectis.

$\overline{XX}$ cum dicis, eandem pectori expansam late superpones.

$\overline{XXX}$ cum dices, eadem prona, sed erecta, pollicem chartilagini medii pectoris immittes.

$\overline{XL}$ cum dices, eandem in vmbilico erectam supinabis.

$\overline{L}$ cum dicis, eiusdem pronæ, sed erectæ pollicem in vmbilico impones.

$\overline{LX}$ cum dices, eadem prona femur læuũ desup cõprehendes.

$\overline{LXX}$ cum dicis, eandem supinam femori superimpones.

$\overline{LXXX}$ cum dicis, eandem pronam femori superimpones.

$\overline{XC}$ cum dicis, eadem lombos apprehẽdes, pollice ad inguina uerso.

At vero $\overline{C}$, & $\overline{CC}$, Et cætera vsq; ad $\overline{DCCCC}$, eodem, quo

diximus ordine,in dextera corporis parte complebis.

Decies autem centena millia cum dicis,ambas ſibi manus in rectis ſibi inuicem digitis implicabis.

Eſt & alterius modi cõputus articulatim decurrens,qui,quoniam ſpecialiter ad Paſchatis rationem pertinet,cuȝ ad hãc ex ordine ventum fuerit,opportunius explicabitur.

Cuius ordo ludi,vel loquelæ talis eſt.

Cum primam Alphabeti literam intimare cupis,vnum manu teneto. Cum ſecũdam, II. Cum tertiam III. Et ſic ex ordine cæteras,verbi gratia,ſi amicum inter inſidiatores poſitum,vt caute ſe agat,admonere deſideras, III,& I, & XX, & XVIIII, & V, & I, & VII, & V digitis oſtẽde. Huius nanq; ordinis (caute age) ſignificant. Poteſt & ita ſcribi,ſi cauſa ſecretior exigat. Sed hoc Græcoꝝ computo,literis'q; facilius diſci ſimul,atq; agi poſſunt. Qui non, vt Latini,paucis,hiſdem'q; geminatis,ſuos numeros ſolent exprimere literis. Verum toto Alphabeti charactere in numeroſum ordinem figuras extendunt. Tres,qui plus ſunt, numeros notis ſingulis depingunt,eundem penè numeri, figurandi'q; ſcribendi Alphabeti ordinem ſequentes hoc mõ. α. ϐ. ʃ. λ. ε. & cætera. id eſt I. II. III. IIII. V. Qui & ideo mox numeros digitis ſignificare didicerũt,nulla inſtante mora literas quoq; pariter hiſdẽ præfigere ſciũt. Verum hæc hactenus. Nunc ad ordinem Vnciarum,& rationem, quantum ipſe temporum conditor, ordinator'q; Dominus adiuuare dignabitur,exponendum veniamus.

# EIVSDEM DE RATIONE VNCIARVM.

VNCIARVM Quoq; diuiſionem noſſe, quæ non minus temporibus, rebus'ue aliis, quã minus eſt apta computandis non ignobilis intentio eſt, quibus quia & diſperſæ paſſim hiſtoriæ, & ipſa ſacra ſcriptura vtitur, nomina pariter, & figuras earum paucis affigere curauimus.

| | | | |
|---|---|---|---|
| X | Libra, vel As, vel Aſſis, | XII | vnciæ. |
| [illegible] | Deunx, ſiue Labus, | XI | vnciæ. |
| [illegible] | Deunx, vel Dextans, | X | vnciæ. |
| [illegible] | Dodrans, ſiue Doras, | VIIII | vnciæ. |
| [illegible] | Bes, ſiue Biſſe, | VIII | vnciæ. |
| [illegible] | Septunx, ſiue Septus, | VII | vnciæ. |
| S | Semis, | VI | vnciæ. |
| [illegible] | Quinquunx, ſiue Cingus, | V | vnciæ. |
| [illegible] | Triens, ſiue Tras, | IIII | vnciæ. |
| [illegible] | Quadrans, ſiue Quadras, | III | vnciæ. |
| [illegible] | Sextans, ſiue Sextas, | II | vnciæ. |
| [illegible] | Sexcunx, ſiue Sexcuncia, | vna Vncia, & ſemis. | |
| [illegible] | Vncia, | XXIIII. ~~SS~~ | Scrupuli. |
| [illegible] | Semuncia, | XII ~~SS~~ | Scrupuli. |
| [illegible] | Duæ Sextulæ, ſiue Seſclæ, id eſt Tertia pars vnciæ. | VIII ~~SS~~ | Scrupuli. |
| [illegible] | Sicilicus, | VI | Scrupuli ~~SS~~ |
| L | Sextula, ſiue Seſclæ, | II | ~~SS~~ Scrupuli. |
| ⊢ | Scrupulus, | | ~~SS~~ Sexilicæ. |

Hæc inquam ponderuʒ vocabula, vel characteres non modo ad

pecuniam mensurandam, verum ad quæuis corpora, siue tem pora dimetienda conueniunt. Vnde & ratio, & mos obtinuit, vt in cautione computorum pueri vnum, & duo sæpius asse, & dipondio mutēt. Item Tressis, Quartussis, Quinquussis, Se xtussis, Septussis, & cætera huiusmodi, quasi tres asses. IIII. asses. V asses. VI asses. VII asses proferant, & in eūdem mo dum sequentia numerorum quāplurima. Siue igitur horam vnam, siue diem integrum, siue mensem, siue annum, seu certe aliud aliquid maius, minus'ue temporis spatium in xii parti/ re vis, ipsa xii. pars vncia est. Reliquas vndecim, deuncem ap/ pellant. Si in sex partire vis, sexta pars Sextans, reliquæ Dex/ tans. vel, vt alii Distas vocitantur. Si in quatuor, quarta pars Quadrantis nomen, residuæ tres Dodrantis accipiunt, & hu/ ius disciplinæ regula soluitur, quæ & pleros'q; turbat imperi/ tos. Quia Philippus in expositione beati Iob, A estum maris Oceani quotidie bis venire describens, adiunxerit hunc vnius æquinoctialis Dodrante transmisso tardius sine intermissio/ ne, siue die venire, siue nocte. Porrò, si per tria quid diuidere cupis, tertiam partem Trientem, residuas Bissem nuncupabis. Si per duo, dimidium Semis appellatur. Sic & cætera, quæ ver bo melius colloquentis, q̄ scribentis stilo disci pariter, & do/ ceri queunt. Item de corporibus, siue milliarium, siue stadiuȝ, siue iugerum, siue perticam, siue etiam cubitum, pedem'ue, aut palmum partire habes opus, præfata ratione facies. Deni'que & in Exodo, dimidium Cubiti Semis appellatur, Narrante Mose, q̄ habuerit Arca testamenti duos semis cubitos longi tudinis, & cubitum, ac semissem altitudinis. Et in Euangelio

Quarta pars totius mundani corporis. id eſt, Tera myſtice Quadrantis nomine cenſeatur, cum mittendo in pœnam peccatori dicitur. Non exies inde, donec reddas nouiſſimũ Quadrantem. id eſt, Donec luas terena peccata, vt Beatus expo-nit Auguſtinus.

## LECTORI

QVONIAM Fortaſſe, vt res quædam noua computãdi ratio à Beda tradita, ita etiam leuius quippiam tibi facile videri poſſit, quã quod te viro grauiſſ. dignum ſit. Statui e re fore, ſi tibi cuꝫ Græcorum, tum Latinorum teſtimonia quædam proferrem, quibus hanc numerandi rationem non modo noſtris, iſ'que antiquioris, quã Beda, ac Hieronymus fuerint, verum etiam Græcis ipſis in vſu fuiſſe perſpicias. Ita enim facile fore confido, vt munus noſtrum tam gratum tibi futurum ſit, quam quod gratiſſimum. Quare iam Plutarchum primum teſtimonium græce dicentem audiamus.

Plutarchus per initia Apophthegmatum
Regum, & Impp.

ὀρόντης ὁ βασιλέως ἀρταξέρξου γαμβρὸς ἀτιμίᾳ περιπεσὼν, διʼ ὀργὴν, καὶ καταγνωσθὲις ἔφη. καθάπερ οἱ τῶν ἀριθμητικῶν δάκτυλοι νῦν μὲν μυριάδας, νῦν δὲ μονάδα τιθέναι δύνανται, τὸ αὐτὸ καὶ τοὺς τῶν βασιλέων φίλους, νῦν μὲν τὸ πᾶν δύνασθαι, νῦν δὲ τοὐλάχιστον.

Hoc eſt

Orontes Regis Artaxerſis gener, cum ob iram inhonoratus, cō/demnatusq; iaceret, Quemadmodum, inquit, Computatorum digiti nunc decem millia, nunc vnum ſignificare poſſunt, eodem modo & Regum amici quandoq; omnia, quandoq; minimum poſſunt.

Macrobius Saturna. Lib. primo.

INDE Et Simulacrum eius plerunq; fingitur manu dextera CCC. & ſiniſtra LX, & V. numerum tenens, ad demonſtrandam anni dimenſionem.

Plinius Natu. hiſt. Lib. XXXIIII. Cap. VII.

IANVS Geminus à Numa Rege dicatus, qui pácis, belliq; argumento colitur, digitis ita figuratis, vt trecentorum quinquaginta quinque dierum nota per ſignificationem anni temporis, & æui ſe Deum indicaret.

Sed, vt obiter vtrunq; authorem emendamus, rectius apud Plinium ſcriptum eſt Quinquagintaquinque, q̃ apud Macrobium Sexaginta, & quinque. Nam profecto quā anni dimenſionem Statua à Numa Iano dicata magis ſignificare debuit, quā eam ipſam, quæ à Numa eſſet conſtituta? Aut certe quonam pacto ea potuit tunc anni ratio indicari, q̃ multis poſt annis C. Cæſar Pont. Max. inſtituiſſet?

Verba autem illa duo apud Plinium (per ſignificationem) vt adulterina, inducenda ſunt.

Apuleius Apologia Secunda.

SI Triginta annos pro decē dixiſſes, poſſes videri pro computationis geſtu erraſſe, quos circulare debueris digitos apuiſſe.

Quum

Quuз vero quadraginta: quæ facilius cæteris porrecta palma ſignificantur, ea quadraginta tu dimidio auges, non potes digitorum geſtu erraſſe, niſi forte triginta annorum Pudentillam ratus, binos cuiuſq; anni Conſules numeraſti.

Quintilianus Oratori. Inſti. lib. I.

NAM Cum ſit Geometria diuiſa in numeros, atq; formas, numerorum quidem notitia non oratori modo, ſed cuicũq; primis ſaltem literis erudito neceſſaria eſt. In cauſis vero vel frequentiſſime verſari ſolet. in quibus actor, nõ dico, ſi circa ſummas trepidat, ſed, ſi digitorum ſolum incerto, aut indecoro geſtu a' computatione diſſentit, iudicatur indoctus.

Iuuenalis Satyra decima.

Atq; ſuos iam dextra computat annos.

Sed quid ego plura in re non dubia. quaſi vero Lector optime te iam ita digitis ludentem videre mihi non videar, vt riſum moueas?

# DE LEGIBVS PONTIFICIIS ROMANORVM.

In Pontificum libris ita cautum erat.

AD DIVOS Adeunto caste: pietatē adhibēto: opes amouēto. Qui secus faxit, deus ipse vindex erit. Separatiꝫ nemo habessit deos: ne'ue nouos, sed ne aduenas, Nisi publice adscitos, priuatim colunto. Constructa a patribus delubra habēto. Lucos in agris habēto: & laruꝫ sedes. Ritus familiæ, patrum'qꝫ seruanto. Diuos, & eos, qui cœlestes semp habiti, colunto: & ollos, quos in cœlū merita vocauerint: Herculē, Liberuꝫ, Aesculapiū, Castorē, Pollucem, Quirinū. A st olla, ꝓpter quæ datur homini ascēsus in cœlū: Mentē. Virtutē. Pietatem. Fidem: earum'qꝫ laudū delubra sunto. Nec vlla vitioꝝ sacra solēnia obeūto. Feriis iurgia amouēto: eas'qꝫ in famulis opibus patratis habēto. Itaqꝫ, vt ita cadat in annuis anfractibus, descriptū esto. Certas'qꝫ fruges, certas'qꝫ baccas, sacerdotes publice libanto. Hoc certis sacrificiis, ac diebus. Item'qꝫ alios addes. Vbertatē lactis, fœtus'qꝫ seruanto. Id'qꝫ ne cōmitti possit ad eam rationē cursus annuos sacerdotes finiunto. Quæ'qꝫ cuiqꝫ diuo decoræ, gratæ'qꝫ sint hostiæ, prouidento: Diuis'qꝫ aliis alii sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunto. Virgines uestales in vrbe custodiunto ignem foci publici sempiternum. Quo'que & priuatim, & publice modo, ritu'qꝫ fiat, discunto ignari à publicis sacerdotibus. Eoꝝ autem genera sunto duo: vnuꝫ, quod præsit cerimoniis, & sacris: alterum, quod interpretetur fatidicorum, & vatum effata incognita: cum Senatus, po/

pulus'q; asciuerit. Interpretes autez Iouis optimi maximi pu blici augures signis, & auspiciis postea vidento: disciplinam tenento. Sacerdotes vineta, virgetaq;', & salutem populi augu ranto. Qui'q; agent rem duelli, qui'q; populare auspiciuz, præ monento: olli'q; obtemperanto: diuorum'q; iras ꝓuidento: ollis'q; parēto: Cœli'q; fulgura regionibus ratis temperanto: Vrbemq;, & agros, & templa liberata, & effata habento. Quæ' que augur iniusta, nefasta, vitiosa, dira defixerit, irrita, infecta' que sunto. Qui'que non paruerit, capitale esto. Fœderum, pa/cis, belli, induciarum, oratores Feciales iudices ne sunto. Bella, disceptatio, prodigia, portenta, ad Ethruscos, & Aruspices, si Senatus iusserit, deferunto. Ethruriæ'q; principes disciplinam docento. Quibus diuis creuerint, procuranto. Iidem'que ful gura, atque obstita pianto. Nocturna mulierum sacrificia ne sunto: præter olla, quæ pro populo rite fient. Ne'ue initian/to, nisi, vt assolet, Cereri græco sacro. Sacrum cōmissum, quod neque expiari poterit, impie commissum est: quod expiari po terit, publici sacerdotes expianto. Ludis publicis, quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat, popularem læti/tiam in cantu, & fidibus, & tibiis moderanto, eam'que cum di/uum honore iungunto. Ex patriis ritibus optima colunto. Præter Ideæ matris famulos, eos'q; iustis diebus, ne quis stipē cogito. Sacrum, sacro'ue commendatuz qui clepserit, rapserit' que, patricida esto. Periurii pœna diuina, exitium: humana dedecus. Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto. Impius ne audeto placare donis iram deoruz. Sancte vota red dunto. Pœna violati iuris esto. Quo circa ne quis agrum con secrato. Auri, argenti, eboris, sacrandi modus esto. Sacra pri/

uata perpetua manento. Deorum manium iura sancta sunto. Hos leto dato diuos habento. Sumptum in ollos, luctum'q; minuunto. Ex M.T.C. de legibus Lib. II.

## DE LEGIBVS.XII.TABVLARVM.

In Tabulis Decemuiralibus ita cautum erat.

IVSTA Imperia sunto. Iis'q; ciues modeste, ac sine recusatione parento. Magistratus nec obedientem, & noxiu; ciuē mulcta, vinculis, verberibus'q; coercēto. Ni par, maior'ue potestas, populus'q; prohibessit. Ad quos prouocatio esto, cum magistratus iudicassit, interrogassit'ue, per populum multæ pœnæ certatio esto. Militiæ, ab eo, qui imperabit, ꝓuocatio ne esto. Quod'q; is, qui bellu; gerat, imperassit, ius, ratum'q; esto. Minores magistratus periti iuris plures in prælia sunto. Militiæ quibus iussi erunt imperanto. Eorum'q; tribuni sunto. Domi pecuniam publicam custodiunto. Vincula sontium seruāto. Capitalia vindicanto. Aes, argētum, aurum'ue publice signanto. Lites cōtractas iudicāto. Quodcūq; Senatus creuerit, agunto. Sunto'q; ædiles curatores vrbis, annonæ, ludorum'q; solēnium. Ollis'q; ad honoris amplioris gradum, is primus ascensus esto. Cēsores, populi, ciuitatis, soboles familias. Pecunias'q; censento, vrbis tēpla, vias. Aquas, ærarium, vectigalia tuēto. Populi'q; partes in tribus distribuūto. Exin pecunia ciuitatis ordines partiunto. Equitum, peditum'q; prolem describūto. Cœlibes esse prohibento. Mores populi regūto. Probrum in senatu ne relinquunto. Bini sunto, magistratu; quinquēniu;

habēto. Reliqui magiſtratus annui ſunto. Ea'q; poteſtas ſem/
per eſto. Iuris diſceptator, q priuata iudicet, iudicari'ue iubeat,
prætor eſto. Iuris ciuilis cuſtos eſto. Huic poteſtati parento.
Quotcūq; ſenatus creuerit, populus'ue iuſſerit, tot ſunto. Re/
gio imperio duo ſunto. Ii'q; præundo, iudicando, conſulēdo,
prætores, iudices conſules appellanto. Militiæ ſummum ius
habento, nemini parento. Salus populi ſuprema lex eſto. Eun
dem magiſtratum, ni interfuerint. x. anni, ne quis capito. Ciui/
tatem annali lege ſeruanto. Aſt qñ duelluʒ grauius, diſcordiæ
ciuium, eſtunto ne'amplius ſex mēſes, ſi ſenatus creuerit. Idem
iuris, qđ duo Cōſules, tenūto. Is'q; aue ſiniſtra dictus, populi
magiſter eſto. Aeqtateʒ, quicūq; regat, habeto pari iure cū eo,
quicūq; erit iuris diſceptator. Aſt qñ conſulis eſt, magiſtratus'
ue populi, nec reliqui magiſtratus'ue ſunto. Auſpicia patrum
ſunto. Olli'q; ex ſe produnto. Qui comitiis creares'cōſules ri/
te poſſint. Imperia, poteſtates, legationes, cuʒ ſenatus creuerit,
populus'ue iuſſerit, ex vrbe exeunto. Duella iuſta iure gerun/
to. Sociis parcūto. Se, & ſeruos continēto. Populi ſui gloriam
augento. Domū cum laude redeūto. Rei ſuæ ergō ne qs lega
tus eſto. Plebs, quos pro ſe contra vim auxilii ergō decē creaſ
ſit, tribuni eius ſunto. Quod'q; ii ꝓhibeſſint. quod'q; plebem
rogaſſint: ratuʒ eſto. Sancti'q; ſunto: ne'ue plebē orbam tribu
nis relinquūto. Omnes magiſtratus auſpiciuʒ, iudicium'q; ha
bento: ex'q; iis ſenatus eſto. Eius decreta rata ſunto. Aſt ni po
teſtas par, maior'ue ꝓhibet S. C. præſcripta ſeruanto. Is ordo
vitio vacato: cæteris ſpeciem eſto. Creatio magiſtratuuʒ, iudi/
cia, populi iuſſa, vetita, cum ſuffragio conſciſcentur, optimati/
bus nota, plebi libera ſunto. At ſi quid erit, quod extra magi/

ſtratus quo ærario ex vſu ſit, qui coercet, populus creato: ei'q; ius coercendi dato. Cum populo, patribus'q; agendi ius eſto. Conſuli, prætori, magiſtro populi, equitum'q;: ei'q;, quem ꝓdunt patres conſulum rogandorum ergõ. Tribunis'q;, quos ſibi plebs rogaſſit, ius eſto cum patribus agendi. Idem ad plebem, quod cenſus erit, ferunto. Quæ cum populo, quæ cum patribus agentur, modica ſunto. Senatori, qui nec aderit, aut cauſa, aut culpa eſto. Cauſas populi teneto. Ius in populo abeſto. Par, maior'ue poteſtas plus valeto. Aſt qui turbaſſitur in agendo, fraus authoris eſto. Interceſſor rei male ſalutaris ciuis eſto. Qui agent auſpicia ſeruanto. Auguri publice parento. Promulgata, propoſita, in ærario cognita, agunto, Nec plebem vſquam de ſingulis rebus ſemel conſulunto. Rem populum docento. Doceri à magiſtratibus, priuatis'q; patiunto. Priuilegia ne irroganto de capite ciuis, niſi per maximum comitatum. Ollos'q;, quos cenſores in partibus populi locaſſint ne ferunto. Donum ne capiunto: ne'ue danto, ne'ue petenda, ne'ue gerenda, ne'ue geſta poteſtate. Quod quis carum rerum migraſſit, noxiæ pena par eſto. Cenſoris fide legem cuſtodiunto. Priuata ad eos acta referũto: nec eo magis lege liberi ſunto.

Ex. M. T. C. de Legibus libro. III.

In veterum legibus.

Qui reus voti eſto, accedito ad ſacra.
Qui damnatus eſto, ſacra rite perſoluito.

In tabulis decem viralibus.

In vrbe ne ſepelito, ne'ue vrito.

In duodecim, ex C. Plinii teſtimonio.

Ne pelliciunto alienas ſegetes excantando.
Ne incantanto, ne agrum defrudanto.
Ne frugem aratro quæſitam nox furtim depaſcunto.
Puberes ſi ſecanto, Cereri eos ſuſpendunto.
Impubes arbitratu prætoris verberanto.
Ac noxam duplionem decernunto.

In tabulis Pontificum.

Sacri commiſſum eſt, quod nunquam expiari poterit.
Impie commiſſum eſt, quod expiari poterit.

In Antiquis ſacris ſic adnotatum eſt.

Obſeruanto ferias ſiquis Salutem, Semoniam, Setiam, Segetiam, Tutilinam inauſpicato nominaſſit.

Sic in. XII. Tabulis de multandis iniuriis ſcriptum fuit.

Si qui iniuriam alteri faxit. XXV. æris pœnæ ſunto.

## DE RITIBVS ROMANORVM.

Ex M. Catone de re Ruſtica. Inſti. CXXXII.

DAPEM Hoc modo fieri oportet. Ioui dapali culignã vini quãtum vis poluceto. Eo die feriæ bubus, & bubulcis, & qui dapem facient. Cuȝ polucere oportebit, ſic facies. Iupiter dapalis, qď tibi fieri oportet, in domo, familia' qȝ mea culignaȝ

vini dapi eius rei ergō. Macte vino īferiori esto. Macte hac illace dape polucenda esto. Manus interluito. Postea vinū sumito. Iupiter dapalis, macte istace dape polucēda esto. Macte vino inferiori esto. Vestæ, si voles, dato. daps Ioui assaria pecunia vrna vini Ioui caste. Profanato sine cōtagione. Postea dape facta, serito milium, panicum, lentim, allium.

Item Inst. XXXIIII.

PRIVS Quam messem facias, porcaꝫ præcidaneam hoc modo fieri oportet. Cereri porca præcidanea, porcam fœminam, prius q̃ hasce fruges condātur far, triticū, ordeuꝫ, fabam, semen rapitiuꝫ, thure, vino, Iano, Ioui, Iunoni præfato. Prius q̃ porcam fœminā īmolabis, Iano struem cōmoueto sic. Iane pater te hac strue cōmouēda bonas preces te precor, vt sies volens ꝓpitius mihi, liberis' qꝫ meis, domo, familiæ' qꝫ meæ mactus hoc ferto. Fertū Ioui moueto, & mactato sic. Iupiter te hoc ferto obmouēdo bonas preces precor vti sies volens ꝓpitius mihi, liberis' qꝫ meis, domo, familiæ' qꝫ meæ mactus hoc ferto. Postea Iano vinum dato sic. Iane pater, vti te strue cōmouēda bonas preces bn̄ precatus sum, eiusdem rei ergō macte vino inferiori esto. Postea Ioui sic. Iupiter macte ferto esto, macte vino inferiori esto. Postea porcam præcidaneā īmolato. Vbi exta proiecta erunt, ita Iano struem cōmoueto, mactatoqꝫ item, vti prius obmoueras. Ioui item fertuꝫ obmoueto, mactato' qꝫ, vti prius feceras. Item Iano vinū dato, ita vti prius datum fuit ob struem obmouēdam, & fertū libandum. Postea Cereri exta, & vinum dato.

Item Insti. CXXXIX.

LVCVM Collucare Romano more sic oportet. Porco

pulo

piaculo facito. Sic verba concipito. Si deus, si dea, cuius illud sacrum est, vti tibi ius siet porco piaculo facere, illiusce sacri coercendi ergō. Harum'q; rerum ergō, siue ego, siue quis iussu meo fecerit, vti id recte factum siet. Eius rei ergō te hoc porco imolando bonas preces precor, vti sies volens propitius mihi, domo, familiæ'q; meæ, liberis'q; meis. Harunce rerum ergō macte hoc porco piaculo immolando esto.

Item Insti. CXL.

SI FODERE Velis, altero piaculo eodē modo facito, hoc amplius dicito, operis faciundi caussa, cum opus quotidie per partes facies. sed si inter miseris, aut feriæ publicæ, aut familiares intercesserint, altero piaculo facito.

Item Insti. CXLI.

AGRVM Lustrare sic oportet. Imperans solitaurilia circūagi cum diuis volentibus, quod'q; bene eueniat, mando tibi Mani, vti illa solitaurilia, fundum, agrum, teram'q; meā quota ex parte, siue circūagi, siue circūferenda censeas, vti cures lustrare. Ianum, Ioue'q; vino præfamino, sic dicito. Mars pater te p̄cor, quæso'q;, vti sies volēs ꝓpitius mihi, domo, familiæ'q; nostræ. quoius rei ergō agrum, terrā, fundum'q; meū solitaurilia circūagi iussi. vti morbos visos, inuisos'q;, viduertatem, vastitudinem'q;, calamitates, intemperias'q; ꝓhibessis, defendas, auerrunces'q;. Vtiq; tu fruges, frumēta, vineta, virgulta'q; grādire, bene'q; euenire sinas. pastores, pecua'q; salua seruassis, duis'q; bonā salutem, valetudinem'q; mihi, domui, familiæ'q; nostræ. Harūce rerum ergō fundi, teræ, agri'q; mei lustrandi, lustri'q; faciēdi ergō, sicuti dixi, macte hisce solitaurilibus lactentibus imolandis esto. Mars pater eiusdē rei ergō macte hisce

ſolitaurilibus lactẽtibus eſto. Item cultro facito ſtruem, & fertum vti adſiet. Inde obmoueto. Vbi porcum ĩmolabis, agnũ, vitulum'q; ſic oportet. Eius'q; rei ergo macte hiſce ſolitaurilibus ĩmolandis eſto nominare vetat Martẽ, neq; agnu3, vitulũ'que. Si minus in oẽs litabis, ſic verba concipito. Mars pater ſi quid in illiſce ſolitaurilibus lactẽtibus, neq; ſatiſſactũ eſt, his ſolitaurilibus piaculo. Si vno, duobus'ue dubitaueris, ſic verba concipito. Mars pater, quod tibi illuc porco, neq; ſatiſſactum eſt te hoc porco piaculo.

Item Inſti. CLX.

LVXVM Si quod eſt, vt excantes, hac cantione ſanũ fiet. Arundinem prende tibi viridem pedes IIII. aut V. longa3. Mediam diffinde, & duo hoĩes teneant ad coxendices. Incipe cãtare in alio. S. F. motus donata daries dardaries aſtararies, dic vna pariter vſq; dum coeant. Ferro inſup iactato, vbi coierint, & alteram altera tetigerit, id manu prende dextra, ſiniſtra præcide. Ad luxum, aut fracturã alliga, & ſanũ fiet, & tñ quotidie cãtato in alio. S. F. vel luxato. Vel hoc modo, haut haut haut, iſta piſta ſiſta, damiabo, damauſtra, & luxato. Vel hoc mõ. Haut haut haut iſtagis turſis ardannabon damauſtra.

Verba, quæ Pont. Max. diceret, cum veſtalem capiebat. Ex A. Gellii libro primo, cap. XII.

SACERDOTEM Veſtalẽ, quæ ſacra faciat, quæ ius, fas'que ſit Sacerdotẽ Veſtale3 facere pro populo Romano Quiritibus, vti id optima lege fiat, ita te Amata capio.

Verba Arrogationis ex A. Gel. Libro. X. cap. XIX.

VELITIS, Iubeatis, vti Lucius Valerius L. Titio tam Iure, lege'q; filius ſiet, q̃ ſi ex eo patre, matre'q; familias eius nat⁹ eẽt,

vtique ei vitæ,necisque in eum potestas siet, vti pariendo filio est. Hæc,ita vti dixi,ita vos Quirites rogo.

Quo ritu,quibusque verbis Fœcialis po.R o.bellum indicere solitus sit his,quibus Po.Ro.bellum fieri iusserit. Ex eiusdem lib.XVI.Cap.IIII.

CINCIVS In libro.iii.de Re militari.Fœcialem Po.Ro. bellum indicentem hostibus,telumque in agrum eorum iacientem, hisce verbis vti scripsit. Quod populus Hermundulus,homines'que populi Hermūduli aduersus Po.Romanū bellum fecere,deliquere,quod'que Po.Ro.cum populo Hermūdulo,hominibus'que Hermūdulis bellum iussit,ob eam rem ego.Po.'que Ro.populo Hermundulo,hominibus'que hermundulis bellum indico,facio'que.

In quæ verba ꝑ tribunū cōceptum fuerit iusiurandū de furtis militarib⁹ sanciēdis.Apud eūdē,ex lib.v.Rei Mil.Cincii.

IN Magistratu.C.Lælii.C.F.Consulis.L.Cornelii P. F.Consulis. In exercitu,decem'que millia passuū ꝓpe furtum nō facies dolo malo solus,neque cum pluribus,pluris numi argēti in dies singulos.Extra'que hastam,hastile,ligna,pompabulū, vtrem,follē,faculam,siqd vbi inueneris,sustuleris'ue,qđ tuum nō erit,qđ pluris numi argēti erit,vti tu,ad C.Lælium.C.filium Cōsulem.L.ue Cornelium.P.F.Cōsulem,siue ad quē vter eorum iusserit,ꝓferas,aut ꝓfitebere in triduo ꝓximo.Quicquid īueneris,sustuleris'ue in dolo malo,aut dominio suo,cuium id censebis esse,reddes,vti qđ recte factum esse voles.

Quæ exceptiones additæ iuriiurādo eēnt,qđ milites,vt adessent,concipiebatur.

NISI Harunce aliqua caussa erit,funus familiare,feriæ vinde-

miales,Calendæ'q;,quæ non eius rei caussa in eum diem collatæ sint,quo is eo die minus ibi esset,morbus sonticus,auspicium'ue,quod sine piaculo præteriri nõ liceat. Sacrificium'ue anniuersarium,quod recte fieri non posset,nisi ipsus eo die ibi sit. Ius,hostis'ue status,condictus'ue dies cum hoste. Si cui eorum harunce quæ caussa,tum se postridie,quã per eas caussas licebit,eo die venturum,aditurum'q; eum,qui eum pagum,vicum,oppidum'ue delegerit. Ex Gel.lib.XVI.Cap.IIII.

Hersilia,cum apud T. Tatium verba faceret,pacem'q; oraret,ita precata est.

NERIA Martis te obsecro pacẽ dare,vt liceat nuptiis propriis,& prosperis vti,quod de tui coniugis cõsilio contigit,vti nos itidem integras raperent,vnde liberos sibi,& suis posteris patriæ parerent. Ex A. Gellii lib.XIII.Cap.XXI.

Carmen quo Dii euocãtur,quom oppugnatione ciuitas cingit̃. Ex libro tertio Saturnaliorum Theodosii Macrobii Aurelii,qui in libro. V. recõditorum Sãmonici Sereni,Carmen hoc repperit,quod ille se in cuiusdam Furii vetustiss.libro legisse professus est.

SI Deus,Si Dea est,cui populus,ciuitas'q; Carthaginiensis est in tutela,te'q; maxime ille,qui vrbis huius,populi'q; tutelam recepisti,Precor,veneror'q;,veniam'q; à vobis peto,vt vos populum,ciuitatem'q; Carthaginiensium deseratis,loca,templa,sacra,vrbes'q; eorũ relinquatis,abs'q; iis abeatis,ei'q; populo,ciuitati metum,formidinem,obliuionem iniiciatis,proditi'q; Romam ad me,meos'q; veniatis,nostra'q; vobis loca,templa,sacra,vrbs acceptior,probatior'q; sit,mihi quoq;,Po.'q; Romano,militibus'q; meis p̃positi sitis:vt sciamus,ĩtelligamus'q;,

si ita feceritis,voueo vobis templa,ludos'q; facturum.

In eadē verba hostias fieri oportet,authoritatem'q; videri extorꝝ,vt ea promittant futura. Vrbes vero,exercitus'q; sic deuouentur,numinibus iam euocatis. Sed dictatores,Impp.'q; soli possunt deuouere,his verbis.

DIS Pater,siue Iouis Manes,siue quo alio nomine fas est nominare,vt omnes illam carthaginem, exercitum'q;,quem ego me sentio dicere,fuga,formidine,terrore cōpleatis. Qui'q; aduersus Legiones,exercitum'q; nostrū,arma,tela'q; ferēt,vti vos eos exercitus,eos'q; hostes,eos'q; hoīes,vrbes,agros'q; eorꝝ,& qui in his locis,regionibus'q;,agris,vrbibus'q; habitāt,abducatis,lumīe supero priuetis,exercitum'q; hostiū,vrbes,agros'que eorꝝ,quos me sentio dicere,vti vos eas vrbes,agros'q;,capita,ætates'q; eorꝝ deuotas,consecratas'q; habeatis, ollis,legibus,quibus quandocūq; sunt maxime hostes deuoti,eos'q; vicarios pro me,fide,magistratu'q; meo pro Po.Ro.exercitu, legionibus'q; nostris do,deuoueo:vt me,meam'q; fidem,Imperium'q;,legiones,exercitum'q; nr̄m,qui in his rebus gerundis sunt,bn̄ saluos nos sinetis esse,si ita hæc faxitis,vt ego sciaꝫ, sentiā,intelligam'q;. Tūc quisq; hoc votū faxit,vbi faxit,recte factū esto,ouibus atris tribus,tellus mr̄,te'q; Iupiter obtestor.

Cum Tellurē dicit,manibus terā tangit. Cuꝫ Iouē dicit,manus ad cœlū tollit. Cum votū recipe dicit,manibus pectus tangit.

In Antiquitatibus aūt hæc oppida inueni deuota,Stonios,Veios,Fregellas, Gabios, Fidenas. Hæc intra Italiam. Præterea,Carthaginē,& Corinthum. Sed & multos Exercitus,Oppida'q; hostium Gallorꝝ, Hispanorꝝ, Afrorꝝ,Maurorꝝ, aliarum'q; gentium,quas Prisci loquunt̄ Annales. Hinc est ergo,

q; propter eiusmodi Euocationem. Numinum'q; discessionē ait Vergilius.

Excessere omnes adytis, aris'q; relictis,

Di. Et, vt Tutelares designaret, adiecit.

Quibus impium hoc steterat. Vt'q;, præter Euocationē, & vi; Deuotionis ostenderet, in qua præcipue Iupiter, vt diximus, inuocat̃, ait. Ferus omnia Iupiter Argos Trāstulit. Videtur'ne vobis probatum, sine diuini, & humani Iuris scientia non posse profunditatem Maronis intelligi?

Hæc verba in principio Pompæ Romani Imperatores triumphantes, in Vaticano dicebant.

DI, Nutu, & imperio quorum nata, & aucta est Res Romana, eandem placati, propitiati'q; seruate.

In fine vero in Capitolium ascendentes hæc.

GRATIAS Tibi Iupiter Optume Maxume, Tibi'q; Iunoni Reginæ, & cæteris huius custodibus, habitatoribus'que Arcis Di lubēs, lætus'q; ago, Re Romana in hāc diem, & horam per manus, qđ voluistis, meas seruata, bene gesta'q;. eandē & seruate, vt facitis, fouete, protegite, ꝓpitiati supplex oro.

Iuraturi per Iouem, silicem manu tenere solebant, hæc verba dicentes.

SI Sciēs fallo, qui me despicit, salua Vrbe, Arce'q;, is me eiiciat, vbi hunc ego lapidem.

Prætor ferias, quæ Compitalia appellantur, his verbis concipiebat.

DIE Noni post Calendas Ianuarias Quiritibus Compitalia sunto. Ex Macrobii Sarurn. lib. primo.

Caius Iustiniani Digestorum. lib. xxiiii. Tit. de Diuortiis.

In Repudiis, id est in renũciatiõe, cõprobata sunt hæc verba.

RES Tuas tibi habeto. Item hæc verba.

TVAS Res tibi agito.

In sponsalibus quoq; discutiendis placuit renũciationem interuenire oportere, in qua re hæc verba probata sunt.

CONDITIONE Tua non vtar.

Vlpianus Dig. lib. xxiiii. de Diuortiis. Ait Lex.

DIVORTII Faciendi potestas Libertæ, quæ patrono nupta est, ne esto. Idem paulo infra. Ait lex.

QVANDIV Patronus eam vxorez esse volet, & velle debet, vxorem esse, & patronus durare.

Apud Romanos sponsam introducentes dicere iubebãt.

VBI Tu Caius, ego Caia.

Cautionis exemplum.

Paulus Dig. li. xii. Tit. de rebus creditis.

Lecta est in auditorio Aemilii Papiniani Præfecti Prætorio Cautio huius modi.

L. TITIVS Scripsi me accepisse a' P. Meuio XV mutua numerata mihi de domo sua, & hæc quindeciz proba recte dari Calendis futuris, stipulatus est P. Meuius. Spepondi ego L. Titius. Si ea die suprascripta summa P. Meuio data, soluta non erit, tunc eo amplius, quo post soluam, pœnæ nomine in dies XXV denarios centenos, denarios singulos dari stipulatus est P. Meuius. spepondi L. Titius. Cõuenit'q; inter nos, vt P. Meuio ex summa suprascripta menstrua refundere debeam denaria tercenta ei, hæredi'ue eius.

Stipulationis Exemplum.

Ex Digestoꝝ libro XLV. Tit. de verboꝝ obligationibus. l.

Si ita ſtipulatus. ſ. Chryſogonus.

CHRYSOGONVS Flauii Candidi Seruus actor ſcri-pſi coram ſubſcribēte,& aſſignāte domino meo,accepiſſe me a Iulio Goza agente res Iulii Quintiliani abſentis,mutua de-naria mille,quæ dari Quintiliano,hæredi'ue eius, ad quem ea res ꝑtinebit,Calēdis Nouembris,quæ ꝓximæ futuræ ſunt. Sti-pulatus eſt Gozas libertus,& rem agens Quintiliani,ſpopon dit Flauius candidus Dn̄s meus ſub die ſupſcripta,ſi ſatis eo noīe factum nō erit:tunc,quo tēpore poſt ſolueret̄,vſurarum nomine denarios octo præſtari ſtipulatus eſt Iulius Gozas. Spopondit Flauius Candidus dominus meus.& ſubſcripſit,

In verboꝝ obligationibus hæc verba tradita fuerūt Inſtit. Iuſti.lib.III.Tit.De verboꝝ obligatione.

SPONDES? Spondeo.Promittis?Promitto.Fidei ꝓmittis? Fideipromitto.Fideiubes? Fideiubeo. Dabis? Dabo. Facies? Faciam.

Stipulationis Aquilianæ conceptio.

Stipulatio Aquiliana nouat omnes obligationes, & à Gallo Aquilio ita compoſita eſt.

QVICQVID Te mihi ex quacunq; cauſa dare, facere oportet,vel oportebit,præſens,in diem'ue,aut ſub conditione quarūcunq; rerum mihi tecum actio,quæ'ue aduerſus te peti-tio,vel aduerſus te pſecutio eſt,erit'ue,quod'ue tu mecum ha-bes,tenes,poſſides,quāti quæ'q; eaꝝ rerum res erit,tātam pecu niam dari ſtipulatus eſt A. Augerius.Spopōdit Numerius Nigidius A. Augerio promiſit,ſpopōdit'ue,id habes'ne ac-ceptum.Numerius Nigidius A. Augerius rogauit A. Au gerius Numerio Nigidio acceptum fecit. Ex Inſtitu.Iuſti.

lib.

lib.III.Tit. Quibus modis tollitur obligatio. Et Digest.libro XLVI. De acceptilationibus.

Vlpianus Dig.lib.XLVI. De acceptilationibus.

Sane & sic acceptilatio fieri potest.

ACCEPTA Facis Decem? ille respondet, Accepta facio.

De nexu faciendo Caii lib.I.Institu.hæc verba sunt.

Est autem emancipatio, vt & supra quoq; indicauimus, imaginaria quædam venditio, quod ipsum ius ꝑprium Romanoꝝ est. Ea'q; res ita agitur, adhibitis nō minus, q̃ quinque testibus, ciuibus Romanis, puberibus, & præterea alio eiusdem cōditionis, qui libram æneā teneat, qui appellatur Libripens. Is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit.

HVNC Ego hoīem ex iure Quiritū meum esse aio. Is'q; mihi emptus est hoc ære, ænea'q; libra. Deinde ære ꝑcutit Libraȝ, id'q; æs dat ei, a quo mancipium accipit, quasi pretii loco.

Ex his auteȝ Caii I.C. verbis quomō imaginaria illa venditio perageretur, facile percipi potest, quæ præcipua erat tertii generis testamentoꝝ solennitas, quod per æs & libram vocabat? cuius meminit Imp. Iustinianus Rhapsodiæ suaꝝ Iuris ciuilis Institutionū libro tertio. Tit. de Testamētis ordinādis. & Gellius Noctium atticaꝝ lib.xv. capite vigesimo septimo.

Cessio in iure quomō fiat, Ex eiusdē Caii cōm. secūdo.

In iure aūt Cessio fit hoc mō apud Magistratuȝ Populi Romani, vel apud Prætorem, vel apud Præsidem Prouinciæ. Is, cui res in iure ciuili cæditur, rem tenens ita vendicat.

HVNC Ego hoīem ex iure Quirituȝ meum esse aio. Deinde postea q̃ hic vendicauerit, Prætor interrogat eum, qui cedit, an contra vindicet: quo negante, tunc ei, qui vendicauerit eum

adiicit, id'q; legis actio vocabatur.

Formula stipulationis, qua Prisci in emptiõe ouiũ vterent.
Ex M. Varronis de Re Rustica lib. II. cap. II.

IN Emptionibus iure vtimur eo, qđ Lex præscripsit. in ea eniȝ alii plura, alii pauciora excipiunt. Quidam enim pretio facto in singulas oues, vt agni cordi duo pro vna oue annumeretur, & si cui vetustate dentes absunt, itẽ binæ pro singulis, vt pdant de reliquo. antiqua ferè formula vtunt, cũ emptor dixit, tanti sunt mihi emptæ? & ille rñdet, Sunt. & expromisit numos.

Emptor stipulatur prisca forma sic.

ILLASCE Oues, qua de re agitur, sanas recte esse, vti pecus ouillum, quod recte sanum est, extra luscam, surdam, minam, id est ventre glabro, neq; de pecore morboso esse, habere'q; recte licere. hæc sic recte fieri spondes.

Formula, quam antiqui cõcipiebant in emptione caprarũ.
Ex eiusdem M. Varronis eodem lib. cap. III.

De emptione aliter, atq; de ouibus dico. q capras sanas sanus nemo promittit. nunq̃ enim sine febre sunt. itaq; stipulantur, paucis exceptis verbis. ac Manelius scriptũ reliquit sic.

ILLAS Capras hodie recte esse, & bibere posse, habere'q; recte licere, hæc spondes'ne?

Quibus verbis stipularent antiqui, cum Sues emerent. Ex eiusdẽ M. Varronis eodẽ lib. cap. vero IIII.

Parari, & emi solent sic.

ILLASCE Sues sanas eẽ, habere'q; recte licere, noxiis'q; præstare, neq; de pecore morboso esse, spondes'ne? Quidaȝ adiiciunt, perfunctas esse a febri, & feria.

In emptione Boum ab Antiquis quomodo exciperetur.

Ex eiusdem eodem libro. cap. V.

Eos cum emimus domitos, stipulamur sic.

ILLOSCE Boues sanos esse, recte'q; noxis præstari?

Cum emimus indomitos sic.

ILLOSCE Iuuencos sanos recte, de'que pecore sano esse, noxis'q; præstari spondes'ne? Paulo verbosius hæc, qui Manilii actiones sequuntur. Lanii, qui ad cultrum boues emunt, & qui ad altaria, hostiæ sanitatem non solent stipulari.

Quibus modis, ritibus'q; apud priscos vxor haberetur.

Boetius in secundo Topicorum Commentario. Tribus modis inquit vxor habebatur, vsu, farre, emptione. Sed confarreatio solis Pontificibus conueniebat. Quæ autem in manum per coemptionem cõuenerãt, hæ matres familias vocabantur. Quæ vero vsu, vel farre, minime. Coemptio vero certis solénitatibus pagebat̃, & sese coemẽdo inuicẽ interrogabãt. Vir ita. An sibi mulier materfamilias esse vellet? Illa respondebat. velle.

Mulier.

An sibi vir paterfamilias esse vellet? Ille velle, respõdebat.

Ita'q; mulier viri conueniebat in manum, & erat materfamilias viro loco filiæ. Quam solennitatem in suis institutionibus Vlpianus posuit. hactenus Boetius.

Vindicationis exemplum.

Ex Iure ita manum conserebant Antiqui.

FVNDVS, qui est in agro, qui Sabinus vocat̃, meus est, Eũ ego ex iure meũ esse aio. ibi ego te ex iure manũ cõsertũ voco.

Author M. C. pro Murena.

A quo vero vindicabatur, eius hæc erant verba.

VNDE Tu me ex iure manum consertum vocasti, inde ibi te

ego reuoco.

Traianus, cum Præfectum Prætorio cingulo donaret, dignitatis eius insigni, ita ad eum dixisse fertur.

ACCIPITO Hunc ensem, vt, siquidem recte, atq; e rep. imperauero, pro me, sin secus, in me vtaris.

Verba ex legib. Edictis, & S. C. antiquis.

Vlpianus Dig. lib. xlviii. ait. Cap. v. legis Iuliæ ita cauet.

VIRO Adulterũ in vxore sua deprehẽsum, quem aut noluit, aut non liceat occidere, retinere per horas diurnas, nocturnasque continuas non plus, q̃ xx testandæ eius rei causa, vt vti sine fraude suo iure liceat.

Ex quodam peruetusto libello.

REDEMPTOR Syluam ne cædito, ne'ue findito, ne'ue deurito, ne'ue quem findere, cædere, vrere sinito,

Verba paucula ex vetustiss. quodam S. C. quibus locus ille in Terentii Phormione declaratur. Hui dixti pulchre, siquidem quisquam crederet, te viuo.

PLACERE Ne cui, q filiofamilias mutuã pecuniã dedisset, ẽt post mortẽ parẽtis, cuiꝰ in ptãte fuisset, actio, petitio'q; daret.

In quodam Edicto antiquiore.

QVI Flumina retanda publice redempta habent, siquis eorum ad me adductus fuerit, qui dicatur ꝙ cũ ex lege locationis facere oportuerit, non fecisse.

Verba paucula Legis Fanniæ, quæ extant.

LVDIS Romanis, Plebeis, & Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus æra cẽtena in dies singulos impendũto, & aliis diebus decem in singulis mensibus triginta sunto. cæteris diebus

omnibus tantũdem,ſiqs plus faxit:dicta pœna dãnatus eſto.

In lege Meuia de cõprimẽdis moriẽtiũ oculis ita cautũ erat.

NE Filii parentibus luci claro oculos ſuggillanto.

Ex Atinia lege.

QVOD ſurreptum erit,eius rei æterna auctoritas eſto.

Verba Prætoris ex Edicto perpetuo,de Flamine Diali, & de Sacerdote Veſtæ.

SACERDOTEM Veſtalem,& Flaminẽ Dialem in omni mea iuriſdictione iurare non cogam.

Verba quibus Senatus remp.Conſulibus cõmendabat.

VIDEANT Conſules,ne quid reſp.detrimenti capiat.

In XII Tabularum lege.

VTI Legaſſet ſuæ rei quiſq;,ita ius eſto.

In Antiquis legibus.

QVI Secus faxit,& terminum exaraſſit,ipſus,& Boues ſacri ſunto.

In XII Tabulis ĩ ea lege,qua de iumẽto & arcera agebat̃.

SI In ius vocat,ſi morbus,æuitas'ue,vitium eſt.

Qui in ius vocaſſit,iumentum dato.

Si uolet,arceram inſternito.

In XII.

SOLIS Occaſus,ſuprema tempeſtas eſto.

In iiſdem.

SI Nox furtum factum ſit,ſi in aliquis occiſit,iure cæſus eſto.

In lege Talionis.

SI Membrum rupit meum,e pacto talio eſto.

Verba legis in æris confeſſos.

ÆRIS Confeſſi,rebus'q; iure iudicatis XXX dies iuſti ſun

to. Poſt deinde manus iniectio eſto, in ius ducito, ni iudicatū facit, aut qui pſeudo eo in iure vim dicit ſecuꝫ ducito, vincito, aut neruo, aut compedibus XV pondo, nec minore: aut, ſi volet, maiore vincito: Si nolet, ſuo viuito, ni ſuo viuit, qui euꝫ vinctum habebit, libras farris indies dato: ſi volet, plus dato.

Verba legis, quæ ĩmanitatem partiendi, & ſecādi corporis debitoris permittebat, qui ſoluendo non eſſet.

TERTIIS nundinis parteis ſecanto.

Si plus, minus'ue ſecu erunt, ſine fraude eſto.

Perelegans Phlegontis Tralliani Epiſtola Hadriani Cæſaris liberti, ſub ipſius Principis noīe Romā Seruiano viro Maximo, & qui ter Conſ. fuerit. In qua de Aegyptiis, eorum'qꝫ Moribus nō parum multa digna prorſus memoria legūtur. Ex Flauii Vopiſci hiſtoriarum lib. ad Baſſum. II.

Hadrianus Auguſtus Seruiano Conſ. S.

ÆGYPTVM, Quā mihi laudas Seruiane, totā didici leuē, pendulā, & ad omnia famæ momēta volitātem. & illi qui Serapim colunt, Chriſtiani ſunt, & deuoti ſunt Serapi, qui ſe Chriſti Epiſcopos dicunt: Nemo illic Archiſynagogus Iudæoꝝ: nemo Samarites: nemo Chriſtianoꝝ nō Preſbyter, non Mathematicus, nō Auſpex, nō Aliptes. Ipſe ille Patriarcha cum Aegyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Chriſtum. Genus hoīum ſeditioſiſſimū, vaniſſimum, iniurioſiſſimū. ciuitas opulēta, diues, fœcunda, in qua nemo viuat ocioſus: alii vitrum conflāt. ab aliis charta conficitur. oēs certe lymphiones cuiuſqꝫ artis videntur, & habēt podagroſi quod agant. ne chiragrici quidem apud eos ocioſi viuunt. vnus illis

Deus est. Hunc Christiani, hūc Iudæi, hunc oēs Gentes venerantur: & vtinam melius esset morata ciuitas, digna ꝑfecto sui ꝓfunditate, quæ pro sui magnitudine totius Aegypti teneat principatū. Huic ego cūcta concessi: vetera priuilegia reddidi: noua sic addidi, vt præsenti gratias agerent. Deniq; vt primum discessi, & in filium meum Verum multa dixerūt, & de Antonio quæ dixerunt, comperisse te credo, nihil illis opto, nisi vt suis pullis alantur: quos quēadmodum fœcundantur, pudet dicere: calices tibi albos, fortes, diuersi coloris transmisi, quos mihi sacerdos templi obtulit, tibi, & sorori meæ specialiter dedicatos, quos tu velim festis diebus conuiuiis adhibeas: caueas tñ ne his Africanus noster indulgenter vtatur. Vale.

Aureliani Cæsaris Imperatoris epistola de officio Tribuni militum. Ex Flauii Vopisci historia.

SI Vis Tribunus esse, īmo si vis viuere, manus militū cōtineto: nemo pullum alienū rapiat: ouem nemo cōtingat: annona sua contentus sit: de præda hostis, nō de lachrymis ꝓuinciam habeāt. Arma tersa sint: ferramēta samiata: calciamēta fortia: vestis noua vestem veterē excludat, stipēdium in balteo, non in pompa habeat, torquem brachialē, & annulū apponat: equuz saginarium suum defricet: captum animal nō vendat: mulum centuriarum cōmuniter curet: alter alteri quasi seruus obsequatur: a medicis gratis curetur: aruspicibus nihil det, in hospitiis caste se agant: qui litem fecerit, vapulet.

# INSCRIPTIONES ANTIQVÆ, VARIIS IN LOCIS REPERTÆ.

Edictum Populi Romani, quod in ponte Rubiconis legebatur: quo cautũ fuit, ne Cæsar id flumen cum exercitu trãsiret. cuius tamen authoritati ipse non paruit.

IVSSV, MANDATOVE PO. RO. CONS. IMPE. TRIB. MILES, TIRO, COMMILITO, ARMATE QVISQVIS ES, MANIPVLARIE, CENTVRIO, TVRMARIE, LEGIONARIE HIC SISTITO, VEXILLVM SINITO, ARMA DEPONITO, NEC CITRA HVNC AMNEM RVBICONEM SIGNA, ARMA, EXERCITVM, COMMEATVMVE TRADVCITO. SIQVIS HVIVSCE IVSSIONIS ERGO ADVERSVS PRAECEPTA IERIT, FECERITVE, ADIVDICATVS ESTO HOSTIS PO. RO. AC SI CONTRA PATRIAM ARMA TVLERIT, PENATESQ. E SACRIS PENETRALIBVS ASPORTAVERIT.

S. C.

De Re Venerea scitum admodum, & elegãs, quod olim Romæ (vt fertur) in templo Veneris legebatur.

IVRA VISVNDI, CONSECTANDI, SVSVRRANDI, GESTIVNDI, SVTTRVDENDI, SALVTANDI, CONFABVLANDI, PRECANDI, PERPETVO, INTERDIV, FVTVARIIS PERMISSA EX ME SVNTO. EX AEDE, FORAMINE, HORTO, POSTICO, IMPLVVIO, CVNCTA HAEC COMMODA NEMO HOMINI PROHIBENTO. FIDEM, CONSILIVM FERVNTO. SERVANTO AVXILIVM, OPERAMVE DANTO. SVB NOCTV VOTA TRRACTANTO. PROMISSA, IVRAMENTA, LAMENTA ADMISCENTO, SOLICITANTO. VERECVNDIAM, TIMOREM AMOVENTO.

TRISTITIAM SVPPREMVNTO. TEMPORI, LOCOVE OBSECVNDANTO. OCCASIONI NE VNQVAM CEDVNTO. INTERNVNCIAS EPISTOLAS SVCCVDVNTO. HIS SPEM, VOLVNTATEM, EXPECTATIONEM, NECESSITATEM, MISERICORDIAM ADLECTANTO, INSERVNTO. FRAVDE, VI, DOLO, OSTENTATIONE AT TEMPERATE VTVNTOR. PRVDENTIAM, TACVITATEM HABENTO, TENENTO, GESTIVNTO. EX PATHICA QVICQVAM SEMPITERNE, QVASI STIPEM, ET PIGNVS, CAPIVNTO. EIVS PERMISSVM ADVEHVNTO. NOVAM QVAERVNTO, ASTVVE, POMPAVE. GRANDIANIMEM, NOBILEM INSECTANTOR. NOTAS CONIECTARIAS TECTIVS NOVANTO.

Ex Tabula ænea, admirandæ vetuſtatis eruta, & effoſſa ad Iugi, ſeu Apẽnini radices, in Liguriæ valle, quæ Porcifera dicitur, Anno Salutis ſeptimo ſupra Milleſimum, quingenteſimum, Menſe Februario. Tabula vero eſt lõgitudinis duorum palmorum paulo amplius, latitudinis ſeſquipalmi, literis antiquiſſimis maiuſculis, minutis tamen perſcriptis ita, vt expeditiſſime legatur.

Q. M. MINVCIEIS. Q. F. RVFEIS DE CONTROVERSIEIS INTER GENVATEIS, ET VEITVRIOS IN RE PRAESENTE COGNOVERVNT, ET CORAM INTER EOS CONTROVERSIAS COMPOSEIVERVNT, ET QVA LEGE AGRVM POSSIDERENT, ET QVA FINEIS FIERENT, DIXERVNT, EOS FINEIS FACERE, TERMINOSQVE STATVI IOVSSERVNT. VBEI EA FACTA ESSENT. ROMAM CORAM VENIRE IOVSSERVNT. ROMAE CORAM SENTENTIAM EX SENATI CONSVLTO DIXERVNT, EIDIB. DECEMB. L. CAECILIO. Q.

# EX TABVLA ÆNEA

F.Q.MVVTIO.Q.F.COS.QVA AGER PRIVATVS CA
STELLI VEITVRIORVM EST. QVEM AGRVM EOS
VENDERE,HAEREDEMQVE SEQVI LICET,IS AGER
VECTIGAL NEI SIET,LANGATIVM FINEIS AGRI
PRIVATI AB RIVO INFIMO,QVI ORITVR AB FON
TEI IN MANNICELO AD FLOVIVM AEDEM,IBEI TER
MINVS STAT. INDE FLOVIO SVSOVORSVM IN
FLOVIVM LEMVRIM. INDE FLOVIO LEMVRI SV
SVM VSQVE AD RIVOM COMBERANE. INDE RIVO
COMBERANEA SVSVM VSQVE AD CONVAL-
LEM CAEPTIEMAM , IBEI TERMINI DVO STANT
CIRCVM VIAM POSTVMIAM,EX EIS TERMINIS RE
CTA REGIONE IN RIVO VINDVPALE, EX RIVO VIN
DVPALE IN FLOVIVM NEVIASCAM. INDE DORSVM
FLOVIO NEVIASCA IN FLOVIVM PROCOBERAM.
INDE FLOVIO PROCOBERA DEORSVM VSQVE AD
RIVOM VINELASCAM INFVMVM, IBEI TERMINVS
STAT,INDE SVRSVM RIVO RECTO VINELASCA,
IBEI TERMINVS STAT PROPTER VIAM POSTV-
MIAM. INDE ALTER TRANS VIAM POSTVMIAM TER
MINVS STAT. EX EO TERMINO QVEI STAT TRANS
VIAM POSTVMIAM RECTA REGIONE IN FONTEM
IN MANICELVM. INDE DEORSVM RIVO, QVEI ORI
TVR AB FONTE IN MANICELO AD TERMINVM,
QVEI STAT AD FLOVIVM AEDEM AGRI POPLICI.
QVOD LANGENSES POSSIDENT,HISCE FINIS VIDEN
TVR ESSE,VBI CONFLVONT EDVS,ET PROCOBE
RA,IBEI TERMINVS STAT.INDE FLOVIO SVRSV
ORSVM IN MONTEM,LEMVRINO INFVMO,IBEI TER
MINVS STAT.INDE SVRSVM VORSVM IVGO REC
TO MONTE LEMVRINO,IBI TERMINVS STAT. IN
DE SVSVM IVGO RECTO LEMVRINO,IBEI TERMI

NVS STAT IN MONTE PROCAVO. INDE SVRSVM IVGO RECTO IN MONTEM LEMVRINVM SVMMVM, IBEI TERMINVS STAT. INDE SVRSVM IVGO RECTO IN CASTELLVM, QVEI VOCITATVST ALIANVS IBEI TERMINVS STAT. INDE SVRSVM IVGO RECTO IN MONTEM IOVENTIONEM TERMINVS STAT. INDE SVRSVM IVGO RECTO IN MONTEM APENNINVM, QVI VOCATVR BOPLO, IBEI TERMINVS STAT. INDE APENNINO IVGO RECTO IN MONTEM TVLEDONEM, IBEI TERMINVS STAT. INDE DEORSVM IVGO RECTO IN FLOVIVM VERAGLASCAM IN MONTEM BARIGIEMAM INFVMO, IBEI TERMINVS STAT. INDE SVRSVM IVGO RECTO IN MONTEM PRENICVM, IBEI TERMINVS STAT. INDE DORSVM IVGO RECTO IN FLOVIVM TVLELASCAM, IBEI TERMINVS STAT. INDE SVRSVM IVGO RECTO BLVSTIEMELO IN MONTEM CLAXELVM, IBEI TERMINVS STAT. INDE DEORSVM IN FONTEM LEBRIEMELVM, IBEI TERMINVS STAT. INDE RECTO RIVO ENISECA IN FLOVIOM PORCOBERAM, IBEI TERMINVS STAT. INDE DEORSVM IN FLOVIOM PORCOBERAM, VBEI CONFLVONT FLOVI, EDVS, ET PORCOBERA, IBEI TERMINVS STAT. QVEM AGRVM POPLICVM IVDICAMVS ESSE. EVM AGRVM CASTELLANOS, LANGENSES, VEITVRIOS POSSIDERE, FRVIQVE VIDETVR OPORTERE, PRO EO AGRO VECTIGAL, LANGENSES VEITVRIS IN POPLICVM GENVA DENT IN ANNOS SINGVLOS, VIE. N. CXXXↃ, SEI LANGENSES EAM PEQVNIAM NON DABVNT, NEC SATISFACIENT ARBITRATVV GENVATIVM, QVOD PER GENVENSES MORA NON FIAT, QVO SETIVS EAM PEQVNIAM ACCIPIANT. TVM QVOD IN EO AGRO

NATVM ERIT FRVMENTI, PARTEM VICENSVMAM, VINI PARTEM SEXTAM LANGENSES IN POPLICVM GENVAM DARE DEBENTO IN ANNOS SINGVLOS. QVEI INTRA EOS FINEIS AGRVM POSSIDET GENVAS, AVT VITVRIVS, QVEI EORVM POSSEDEIT K. SEXTIL. L. CAICILIO. Q. MVVTIO COSS. EOS ITA POSSIDERE, COLEREQVE LICEAT, EIS QVEI POSSIDEBVNT VECTIGAL LANGENSIBVS PRO PORTIONE DENT, ITA VTI CAETERI LANGENSES, QVEI EORVM IN EO AGRO AGRVM POSSIDEBVNT, FRVENTVRQVE. PRAETEREA IN EO AGRO, NI QVIS POSSIDETO, NISI DE MAIORE PARTE LANGENSIVM VEITVRIORVM SENTENTIA, DVM NE ALIVM INTROMITTAT, NISI GENVATEM, AVT VELTVRIVM COLENDI CAVSSA, QVEI EORVM DE MAIORE PARTE LANGENSIVM VEITVRIVM SENTENTIA, ITA NON PAREBIT, IS EVM AGRVM NEI HABETO, NIVE FRVIMINO, QVEI AGER COMPASCVOS ERIT, IN EO AGRO, QVO MINVS PECVASCERE GENVATES, VEITVRIOSQVE LICEAT, ITA VTEI IN CAETERO AGRO GENVATI COMPASCVO, NI QVIS PROHIBETO, NIVE QVIS VIM FACITO, NEIVE PROHIBETO, QVO MINVS EX EO AGRO LIGNA, MATERIAMQVE SVMANT, VTANTVRQVE, VECTIGAL ANNI PRIMI K. IANVARIS SECVNDIS VETVRIS LANGENSES IN POPLICVM GENVAM DARE DEBENTO. QVOD ANTE K. IANVAR. PRIMAS LANGENSES FRVCTI SVNT, ERVNTQVE, VECTIGAL INVITEI DARE NEI DEBENTO, PRATAQVE FVERVNT PROXVMA FAENISICEI L. CAICILIO. Q. MVVTIO COS. IN AGRO POBLICO, QVEM VITVRIES LANGENSES POSSIDENT, ET QVEM ODIA-

tes, &

TES, ET QVEM DECTVNINES, ET QVEM CAVATVRINEIS, ET QVEM MENTOVINES POSSIDENT EA PRATA INVITIS LANGENSIBVS, ET ODIATIBVS, ET DECTVNINEBIIS, ET CAVATVRINES, ET MENTOVINES, QVEM QVISQVE EORVM AGRVM POSSIDEBIT INVITIS EIS, NI QVIS SICET, NIVE PASCAT, NIVE FRVATVR, SEI LANGENSES, AVT ODIATES, AVT DECTVNINES, AVT CAVATVRINES, AVT MENTOVINES MALLENT IN EO AGRO ALIA PRATA IMMITTERE, DEFENDERE, SICARE, ID VTI FACERE LICEAT, DVM NE AMPLIOREM MODVM PRATORVM HABEANT, QVAM PROXVMA AESTATE HABVERVNT, FRVCTIQVE SVNT VITVRIES. QVI CONTROVERSIAS GENVENSIVM OB INIOVRIAS IVDICATI, AVT DAMNATI SVNT. SEI QVIS IN VINCVLEIS OBEAS RES EST, EOS OMNEIS SOLVEI, MITTI, LEIBERIQVE GENVENSES VIDETVR OPORTERE ANTE EIDVS SEXTILIS PRIMAS. SEI QVOI DE EA RE INIQVOM VIDEBITVR ESSE, AD NOS ADEANT PRIMO QVOQVE DIE, ET AB OMNIBVS CONTROVERSIEIS, ET HONO. PVBL. LI. LEG. MOCO METICANIO METICONI. F. PLAVCVS PELIANI PELIONI F.

Viterbii, prope Episcopatum Characteribus Longobardis Marmore insculptum.

Decretum Desiderii Regis Italiæ.

REVOCAMVS STATVTA REGIS ASTVLFI CONTRA VETVLONOS EDITA, VT LACVS NON TIRENSIVM, SED VETVLONVM SIT, QVIA LACVS MAGNVS IDEO ITALIAE EST, QVIA EORVM AGER PRIVS EST ITALIA DICTA, AB IBI SEDE ITALI, ET VT SVAM LONGOLAM, NON LONGOBARDVLAM, SED COGNOMI

NE SVI AMPLIATORIS TYRRHENI TERBVM VOCENT.
ET VT SVB VNO MVRO CINGANT SIOT TRIA OPPI
DA LONGOLAM, VETVLONIAM, ET TYRRHENIAM,
VEL TYRRHENAM DICTAM, DICTAM HETRVRIAM,
TOTAMQ. VRBEM NOSTRA ADIECTIONE, VITER-
BVM PRONVNCIENT, VT DE RODA, ET CIVITA, BAL
NEOREGIVM DICI IVSSIMVS. PERMITTIMVS PECV-
NIIS IMPRIMI F. A.V.L. SED AMOVERI HERCVLEM,
ET PONI SANCTVM LAVRENTIVM, EORVM PATRO
NVM, VT FACIT ROMA, ET BONONIA. IVBEMVS
QVOQVE REPARARI CORNIENTAM, DARDANVM,
ASSIVM, FORANIVM, CORNIETVM, ET THVSCANEL
LVM. NOS ENIM NON SVMVS THVSCIAE DESTRV-
CTORES, VT NOS APVD GALLOS ACCVSAT HADRI
ANVS PAPA. NAM THVSCIA AEDIFICAVIMVS A FVN
DAMENTIS VOBIS QVIDEM VOLTYRRHENIS CAL
VELLVM, VICVM ORCHIANVM, BALNEARIAM, BAR
BARANVM, ET GARIOFILVM. SENTINATIBVS AV-
TEM AVSDONIAS. ET RODACOFANVM, VOLATER-
RIS, RODACOMALVM, LVNAE SERGIANVM, ET PE-
TRAM SANCTAM, OLIM FANVM FERONIAE. PHOCEN
SIBVS, SANCTOS GEMINIANVM, ET MINIATEM. FE
SVLANIS OPPIDVM MVNIONIS, IN QVOD VAGOS
SPARSOS ARINIANOS, ET PALANTES FLVENTI-
NOS COLLEGIMVS, RVRSVS PLVRES ANTIQVAS
NOBILES VRBES AMPLIAVIMVS, ET MVRIS CINXI-
MVS, VT NVNC IDEM AGIMVS CIRCA LVCAM, PI-
STORIVM, ARETIVM, ORBITVM, HETRVRIAM,
NVNC VITERBVM. CVIVS NOMEN, AVT A NOBIS
CONSTITVTA DECRETA, SIQVIS VIOLAVERIT
AVT CAPITE PVNIATVR, AVT LAQVEO STRANGV
LETVR. HOC ITAQVE NON EST HETRVRIAM DE-

STRVERE, VT NOS ARGVIT HADRIANVS, QVI PACEM VLTRO A NOBIS OBLATAM RESPVIT. QVARE TIBI GRIMOALDE PRAEFECTE VITERBIEN. PRAECIPIMVS, VT QVANDIV PAX DVBIA PERSEVERAT, IVBEAS OMNES THVSCIAE MILITES PARATOS ESSE IN ARMIS, ET COMMEATVS, AC STIPENDIA SINE AVARITIA IN PROMPTV FAC HABEAS, VT NON SOLVM HOSTIBVS OCCVRRERE, SED ILLOS INVADERE.

CIVES NON GRAVABIS NOVIS EXACTIONIBVS. Fragm̄tatum.

EX PAPIA VENIENT.

LIBERI EXEMP.

Epithaphiuȝ Sertii Polēsis Parasiti, Histrionis festiuissimi, apud Salonā, vrbeȝ Dalmatiæ, in lapide miræ magnitudinis incisuȝ.

VIATORES, CIVES OPTVMI, VEL ADVENAE, SIVE BINI, SIVE SINGVLI INCEDITIS, SIVE TVRMATIM, QVOD MAGIS ERIT GRATIAE, SISTITE, OBFIRMATE GRESSVM, NEC MIREMINI, SI MORAMINI ALIQVANTISPER. DICACVLVS EQVIDEM FVI, SVCCINCTVS SERMO DARI VOBIS NON POTEST. IVVAT VOBISCVM ESSE, AC AB ORE MEO PENDVLOS DETINERE, VT IVVIT SEMPER. SAXVM HOC VOS VOCAT, QVID INQVAM? VIVVS ASSVEVI PRVDENS, IMPRVDENS, MORTVVS ITEM VOS FALLO. NAM NON VOS VOCAT; QVOD VACAT ORE, VERVM IS, QVO IVS CINIS HIC LATET, OLIM QVOM POTVIT, NVNC HVC VOS VOCARI VOLVIT, VALVITQ. HOC. HAEC OLIM SVA VOLVNTAS VOLENTES VOS LEGERE HOC SCRIPTVM. VAH QVID LOQVOR? IMMO

SCVLPTVM. QVAM AEGRE VERITAS ADHVC SE ME CVM CONCILIAT? NAM NEQVE HIC ATRAMENTVM, VEL PAPYRVS, AVT MEMBRANA VLLA ADHVC, SED MALLEOLO, ET CELTE LITERATVS SILEX, SILENS ADHVC, QVID HIC LATET LATE, QVOD EGO EFFERRI, ET EFARI GESTIO. SERTIVS POLENSIS PARASITVS, HISTRIO VESTER FESTIVISSIMVS HEIC CVBO. HOC VNVM QVIDEM TANDEM SPONTE DICTVM, VERVM EST. SIQVIS DVBITAT, HANCINE OLFACIAT HVMVM, OLET TEMETVM, ET FLOREM VINI VETERIS, QVO SATVR SATIS IVVENIS HAVSI. AT SI VEXI VITAM TAM VOBIS GRATAM, QVAM NOTAM VRBI, ET ORBI, NON MINVS MVNVS HOC A VOBIS IMPETREM OPORTET. ADESTE MIHI, ET FAVETE, EDICTOQVE HVIC VOS SVBSCRIBITE, ET OBSIGNATE. SI QVIS SIBI VESICAM ONVSTAM SENSERIT, DOMVM SVAM ONVS HOC REPORTET IN CLOACAM, SI VERO FESTINVS FVERIT CITERIOR, VEL VLTERIOR HOC LOCO PRO RELIGIONE SE EVACVET. QVI NON PARVERIT, HAEC MVLTA ILLI ESTO, TESTE ALTERO VT CAREAT. CANES QVOQVE, CAESI FVSTIBVS, EDICTVM HOC SENTIANT. AFFVISTIS, FAVISTIS, ET OBSIGNASTIS. TENEO QVO MODO RISVM VOBIS DARE. SITIO, HVI, SENTIO DICTVM VOLVI ESSE. SED QVID HOC EST? QVOD TAM FAMILIARITER ISTVC PROCEDIT VERITAS? PROFECTO CONTAGIONE MEI SITIT. IPSA QVOQVE, ET MIHI SVPPARASITATVR, QVAE VLTRO POTVM INVOCATA ADVENIT. NVNC SI VRBANI PERHIBERI VVLTIS, ET VERITATI SVPPARASITANTI, ET ARENTI MEO CINERI CANTHARO PIACVLVM VINARIVM FESTINATE.

NATE. POST VALETE, ABITE IN REM VESTRAM VIATORES OPTVMI, HIS NVGIS, AMBAGIBVS CONDONATI POSTVMIS.

Romæ, extra portaȝ montis Mali, in quodam Sacello.

Ex authoritate Turci Aproniani V. C. Præf. vrb.

LICET FORMAM DISPOSITIONIS ACTA CONTINEANT, AD FIDEM TAMEN GESTORVM PLENIVS MEMORIAE TRADENDAM, FABVLAM PLACVIT ADFIGI, QVAE PVBLICARET ORDINEM RERVM. QVOM SVARIOS DAMNIS VIDEREMVS ADFECTOS, ET EOS ETIAM ORDINES, QVI SVARIAM FACIVNT, PROVIDIMVS HIS LEVAMEN EX TITVLO CANONICO VINARIO, VT VIGINTIQVINQVE MILLIA AMPHORVM ANNVA CONSEQVANTVR, SVB EA DIVISIONE, VT DVAE PARTES SVARIIS, TERTIA VERO HIS ORDINIBVS PROFICIAT, QVI SVARIAM RECOGNOSCVNT, ITA VT IIDEM ORDINES IVXTA CONSVETVDINEM TAM PROPRIVM, QVOD APPELLATVR, QVAM ANNONIS EXOLVANT, ET MODERATIONE ADHIBITA, PERINDE A POSSESSORE SVSCIPIANT, ADQVE ACCIPERE SVNT SOLITI, ANTIQVO MORE PRAEEVNTE: INTERDICENTES, NE INORMIA ILLA, INDEBITAQVE PRAESTENTVR, QVAE TAM TRIBVNVS, QVAM PATRONI DIVERSI, ET VARIA CONSEQVEBANTVR OFFICIA. CONTRA QVOD INTERDICTVM SI QVI AVSI FVERINT DE COMMVNI LARGIRI, ET SCRIBAE QVIDEM, CAETERIQVE POENAE SVBIACEANT.

Lugduni, in pariete Aedis S. Pauli, Cæmeteriuȝ versus.

D. M. ET MEMORIAE AETERNAE CL. MES-

SORIS, ET FL. DIONYSIDIS CONIVX, QVAE SIBI VIVA POSVIT VTRISQVE, QVAE VIX. SINE VLLA QVERELA.

QVAE FVERAT FOELIX FATO, SI NON PLENA DOLORIS,

QVAE FILIOS DVOS CARVIT, CVIVS VNIVS NATI MORTEM NON INTERFVIT LONGEQVE PEREGRE,

QVAE MATER ORFANA VIVA SIBI, ET SVIS POSVIT, ET SVB ASCIA DEDICAVIT.

Puteolis.

D. M.

NE QVIS FLERE VELIT, SI TVMVLVM, AC TITVLVM VIDERIT EXTRVCTVM. SIC FATVM VOLVIT,
VIXI, DVM POTVI, TEMPORE QVO LICVIT,
IGNIS HABET CORPVS, IPSAM COELVM ANIMAM,
VEXIT AQVA PORTI MEVS TERRA HIC HABET, AC CINERES,
IGNIS, AQVA, TERRA, COELVM SIMVL CAPIVNT,
SI NOMEN QVAERIS. QVAM LIBER RAPVIT,
DIGNA ARIADNA POLO NOBILE SIDVS ERO,
AMOQVE EGO, NEC CASTA CESSIT PENELOPE,
ALCESTI COMES AEMVLA MORS PLACVIT.
SALVOS ERIT CONIVGX, MAIOR ERIT TVMVLVS.
TERDENOS ANNOS MENSES VNDECIM POST
DIVISOS FATIS TER SEX VIXI DIES,
ANNOS BISSEPTEM VIRGO AGO SED RELIQVOS,
CONIVGE ALEXANDRO SOSIA CVM SOSIO,
IVNGIT CARVS AMOR, DIVIDET IPSA MORS.

Rhauennæ in Porticu ædis diui Petri.

FLAVIAE Q. F. SALVTARI CONIVGI RARISSIMAE L. PVBLICIVS ITALICVS DEC. ORN. ET SIBI. V. P.

HIC COLL. FABR. M. R. HS. X X X. N. VIVVS DEDIT. EX QVOR. REDDITV QVODANNIS DECV=RIONIB. COLL. FABR. M. R. IN AEDE NEPT. QVAM IPSE EXTRVCXIT DIE NEPTVNALIORVM PRAE=SENTIB. SPOR. 𐆖. BINI DIVIDERENTVR. ET DEC. XXVIII. SVAE. 𐆖. CENTENI QVINQVAGENI QVOD ANNIS DARENTVR, VT EX EA SVMMA, SI=CVTI SOLITI SVNT ARCAM PVBLICIORVM FLA=VIANI, ET ITALICI FILIORVM, ET ARCAM, IN QVA POSITA EST FLAVIA SALVTARIS VXOR EIVS, RO=SIS EXORNENT, DE. 𐆖. XXV. SACRIFICENT QVE EX. XX. HS. ET DE RELIQVIS IBI EPVLENTVR, OB QVAM LIBERALITATEM COLL. FABR. M. R. INTER BENE MERITOS QVOD ANNIS ROSAS PV=BLICIIS SVPRA. S. ET FLAVIAE SALVTARI VXORI EIVS MITTENDAS, EX 𐆖. XXV. SACRIFICIM FACIVN DVM. DE. XX. HS. PER MAGISTROS DECREVIT.

## In templo Diui Vitalis.

ἐνταῦθα κεῖται, ὁ στρατηγήσας καλὸς, ῥώμην τε φυλάξας ἀβλα/βῆ, καὶ τὴν δύσιν τρὶς ἓξ ἐνιαυτοῖς τοῖς γαληνοῖς δεσπόταις. ἰσαάκιος τῶν βασιλέων ὁ σύμμαχος, ὁ τῆς ἁπάσης ἀρμε/νίας κόσμος μέγας, ἀρμένιος γὰρ ἦν οὗτος ἐκ λαμπροῦ γένους, Τούτου θανόντος ἐκλέως ἡ σύμβιος σοσάννα σόφρων, τρόπῳ σεμνῆς τρυγόνος πυκνῶς στενάζει ἀνδρὸς στερημένη, ἀνδρὸς λάξαντος ἐκ καμάτων ἀνδοξίαν ἐν ταῖς ἀνατολαῖς ἡλίου, καὶ τῇ δύσει. στρατοῦ γὰρ ἦρξε τῆς δύσεως, καὶ τῆς ἕω.

id ad verbum latine ſonat.

Hic iacet, qui bonus fuit Imperator, Romam indemnem ſer/uans, & occidẽtem ter ſex annis tranquillis Dominis, Iſaacius

Regum ſocius, vniuerſæ Armeniæ ornamentum magnum. Armenius enim erat iſte ex ſplẽdido genere. Quo mortuo glorioſe, contubernalis Soſanna modeſta, more caſtæ turturis, aſſidue gemit viro priuata, viro inquam, qui ſortitus fuerat ex laboribus gloriam in oriente, ac occidente Sole. Exercitui enim præfuit Occidentis, & Auroræ.

In foroiulienſi regione, medio ferè montis Crucis aſcenſu præcipiti ſaxo exciſa hæc verba ſunt.

C. IVLIVS CAESAR VIAM INVIAM SOLERT. S. ET IMPENDIO ROTAB. REDD.

Ibidem, apud Celinam marmor ita inſcriptũ extat.

C. HOSTILIVS ET L. EGNATIVS VEITOR QVINTAE DECIMAE LEGIONIS TRIBVNI PRO S. P. Q. R. CVM BARBARIS DIMICANTES PARITER OCCISI IACENT SINGVLARE EXEMPLVM ET CHARITATIS, ET FORTITVDINIS CELINENSES XXL DIES ATRATI LVXERVNT.

Item aliud ita.

C. VERGINIO SVAVISSIMO FILIOLO RARAE PVLCHRITVDINIS, ET LEPIDITATIS ADOLESCENTVLO, AB AQVILEIANIS MILITIBVS PRAESSO DE PONTE LAPSO COLLISO, ATQ. MISERABILITER EXTINCTO C. VERGINIVS LEGATVS L. POSTHVMII DICTATORIS, ET LOLIA L. FILIA DILECTISS. COIVNIVX INFELICISSIMI PARENTES POSVERE.

Aquileiæ.

CAESAR AVGVSTVS AQVILEIENSIVM RESTITVTOR, ET CONDITOR VIAM QVOQVE GEMINAM A

porta

PORTA VSQVE AD PONTEM PER TIRONES IVVEN TVTIS NOVAE ITALAE SVAE DELECTVS POSTERIORIS LONGE TEMPORIS LABE CORRVPTAM MVNIVIT, ATQVE RESTITVIT.

Mediolani Tumulus.

D. M. EPITVNCHAM. M. M. SER, CISALPIN. ET TRANSALPIN. PATR. COLL. NAVT. COMENS. HAERED. FAC. CVR.

In Agro Mediolanensi.
In Cliuio pago Tumulus.

L. APICIO BRVTIDIO, ET ALBVTIAE FILIAE CENTVRIVE CENTONARIORVM, DOLABRARII, SCALARII ORDINES.

Bergomi Mensa latiss. his notis inscripta.

P. MARIO VOT. LVPERTIANO EQVITI ROM. EQVITI PVB. OMNEIS HONORES MVNICIPALES PVBLICE ADEPTO. IVDICI DE SELECTIS. SACERDOTI CAENINENSI COLLEGII FABRVM CENTONARIORVM DENDROPHORORVM MILITIAE BERGOMATIS PATRONO. CVIVS EXIMIA LIBERALITAS POST MVLTAS LARGITIONES HVC VSQVE ENITVIT VT LVCAR ARVINAE REDEMPTVM A REPVB. SVA VNIVERSIS CIVIBVS SVIS IN PERPETVVM REMITTERET. HVIVS TOT ET TAM INGENTIA MERITA ITA REMVNERANDA CENSVERVNT. VT EFFIGIEM QVARTVMVIRI PERPETVA VENERATIONE CELEBRARENT. LOCVS DECRETO DECVRIONVM DICATVS.

Mediolani in Ambrosii Aede Mensa q̄latissima.

C. PLINIVS L. F. O. V. F. CAECILIVS AVGVR LEGAT. PROC. PR. PROVINCIAE PONT. CONSVLARI POTESTATE IN EAM PROVINCIAM E IMP. CAESAR NERVA TRAIANO AVG. GERMAN. CVRATOR ALVEI TIBERIS, ET RIPARVM, ET PRAEFECTO PRAE. AERARII SATVRNI PRAEF. AERARII MILIT. LEG. VI. GALLICAE. X VIR STLITIB. IVDICAND. THERM. ADIECTIS IN ORNATVM. HS. CCC. ET HOC AMPLIVS IN TVTELA HS. CC. T. F. I. ET IN LIBERTORVM SVORVM NOMINIBVS SESTERTIA. XVIII. LXVI DEDIT. CENTVM QVINQVAGINTA SEX. REI INCREMENTVM POSTEA AD EPVLVM PLEB. VRBANAE VOLVIT PERTINERE. HOC AMPLIVS DEDIT IN ALIMENTA PVERORVM, ET PVELLARVM PLEBIS VRBANAE SESTERTIA TRECENTA IN TVTELAM BIBLIOTHECAE SESTERTIA CENTVM ET C.

Apud Circeum Castrum.

DIVO GORDIANO VICTORI PERSARVM. VICTORI GOTTORVM. VICTORI SARMATARVM. DEPVLSORI ROMANARVM SEDITIONVM. VICTORI GERMANORVM SED NON VICTORI PHILIPPI.

Capuæ.

Q. TIBVRTI Q. L. MELONAVI CVLTRARI OSSA HEIC SITA SVNT. STABEBERIAE P. L. FLORAE OSSA HEIC SITA SVNT. ROGO TE MI VIATOR NOLI MI NOCERE, FERIAE FILIAE MAIORIS HEIC OSSA SITA SVNT.

Ibidem.

HEISCE MAGISTREIS VENERVS IOVIAE MVRVM

AEDIFICANDVM COIRAVERVNT PEDES CCLXX. ET LOIDOS FECERVNT SERVIO SVLPITIO, MARCO AVGERIO COSS.

Ibidem.

CESELLIAE CONLIBERTAE HIMNINIS OSSA HEIC SITA SVNT. HELENA LIBERTA DE SVO FECIT.

In Pelignis.

P. MEMISIANAE VXORI CASTISS. ET INCOMPARABILI AFFECTIONE FOEMINAE. CVIVS DE OBSEQVIIS DICERE MINVS SVPPLET, DOLOREQVE HERCVLANVS MARITVS, CVM PIGNERIBVS DE EA NATIS LOCVM CONSECRAVIT.

Neapoli, in Vrna.

M. AVRELIVS NICOLAVS AVRELEAE HIGIAE CONIVGI DVLCISS. B. M. FECIT.

Ignoratur vbi.

D. M. AELIVS ANTIOCHVS HIDI BENEMERENTI. QVAE VEXIT ANNIS LI. MENSES IX.
LVCIVS SEPTIMIVS SATVRNIVS COIVGI CARISS.

Ignoratur vbi.

Q. FILIVS L. FILIVS RVFVS, ET Q. AGRIELVS Q. FILIVS CELER PRAETOR DVVMVIR LANARIAS, ET QVAE IN HIS SVNT SVA PEQVNIA FECIT, VT EX EO VECTIGALE QVOTANNIS COLONIS MVLSVM, ET CRVSTVM NATALE CAESARIS AVG. DARETVR.

Ignoratur vbi.

Tu,qui ſecura procedis mente,parumper
  Siſte gradum quæſo,verba'q; pauca lege.
Illa ego,quæ claris fueram prælata puellis.
  Hoc homonoea breui condita ſum Tumulo.
Cui formam Paphiæ charites tribuere decorem.
  Quam Pallas cunctis artibus erudiit.
Nondum bis denos ætas mea viderat annos.
  Iniecere manus inuida fata mihi.
Nec pro me queror,hoc morte eſt triſtior ipſa.
  Mœror Athimeti coniugis ille mei.
Sit tibi terra leuis,mulier digniſſima vitæ
  Quæ'q; tuis olim perfruerere bonis.
Si penſare animas ſinerent crudelia fata.
  Et poſſet redimi morte aliena ſalus.
Quantulacunq; meæ debentur tempora vitæ.
  Penſarem pro te cara homonoea libens.
At nunc quod poſſum fugiam lucem'q;,deos'q;,
  Vt te matura per ſtyga morte ſequar.
Parce tuam coniux fletu quaſſare iuuentam.
  Fataq; mœrendo ſollicitare mea.
Nil proſunt lacrimæ,nec poſſunt fata moueri.
  Viximus hic omnes exitus vnus habet.
Parce ita non vnquam ſimilem expiare dolorem.
  Et faueant votis numina cuncta tuis.
Quod'q; mihi eripuit mox immatura iuuentæ.
  Id tibi victuro proroget vlterius.

Athimetum

ATHIMETVS PAMPHILI TIBERII CAESARIS AVGV-STI. II. ANCEROCIANVS SIBI, ET CLAVDIAE HO-MONOEAE CONLIBERTAE, ET CONTVBERNALI.

In Perueteri vrna.

C. OSTORIVS ITALVS C. OSTORIO ANTONIO NI-CONI LIBERTO B. M. FECIT.

Venusiæ, in templo Trinitatis.

C. OPTIO T. FILIO HORATIO LEGATO XII. CHOR-TIS PRIMVS OPTION PHILARGIRVS.

Cumis.

D. M. MARTIAE MARCIANAE. ANCHARII PROCV-LVS, ET PROCVLIANVS MATRI SANCTISS.

Tarenti.

M. AVRELIVS EVFICHEVS. SERA VICELIA RVFEN. HANC SEDEM VIVI SIBI POSVERVNT VNO ANI MO LABORANTES SINE IVLIANO FILIOLO.

Ignoratur vbi.

IMP. CAESAR D. NERVAE F. NERVA TRAIANVS GERMANICVS PONT. MAX. TRIB. POT. VI. IMP. II. CONS. IIII. P. P. INCOHATAM A D. NERVA PATRE SVAM PERFICIENDAM CVRAVIT.

Ignoratur vbi.

P. LAERTIVS P. F. BROCCHVS LARTIA P. L. HO-RAEA. BONEIS PROBATA INVISA SVM A NVL-LA PROBA. FVI PARES DOMINEIS SENIB. HVIC AVTEM OBSEQVENS ITA LEIBERTATE ILLEI ME. HIC DECORAAT STOLA A PVPVLA ANNOS XX. OP-TINVI DOMVM OMNEM. SVPREMVS FECIT IVDI-CIVM DIES. MORS ANIMAM ERIPVIT, NON VITAE

ORNATVM ABSTVLIT L. EPRIVS CHILO VIAT. TR. PL.

Capuæ hodie quoq; extat.

INFERRI HOC NON LICET, NISI QVORVM NOMINA SCRIPTA SVNT, ET QVIB. CAVERO. M. POMPEIO ITHACO POMPEIAE VRBANAE ITHACI LIBERTAE.

Ignoratur vbi.

D. M. TRASIDIO AMARANTHO VLPIA. M. FILIA. FELICISS. CONIVGI SANCTISS.

In episcopatu Viterbensi.

D. M. S.

COLLATINVS TARQVINIVS DVLCISSIMAE CONIVGI. ET INCOMPARABILI LVCRETIAE PVDICICIAE DECORI, MVLIERVM GLORIAE VIXIT ANN. XXII. MEN. III. DI. VI. PROH DOLOR QVANTVM FVIT CARISSIMA.

Patauii in Arca lateritia, in qua vas fictile clausum erat.

PLVTONI SACRVM MVNVS NE ATTINGITE VATES,
IGNOTVM EST VOBIS HOC QVOD IN ORBE LATET.
NANQ. ELEMENTA GRAVI CLAVSIT DIGESTA LABORE.
VASE SVB HOC MODICO MAX. OLIBIVS.
ADSIT FECVNDO CVSTOS SIBI COPIA CORNV,
NE PRECIVM TANTI DEPEREAT LATICIS.

Ibidem in vase fictili.

ABITE HINC PESSVMI FVRES VOS.
QVID VOSTRIS VOLTIS CVM OCVLIS EMISSITIIS.
ABITE HINC VOSTRO CVM MERCVRIO
PETASATO, CADVCEATOQVE MAXVMVS.
MAXVMVM DONVM PLVTONI HOC SACRVM FECIT.

Solonæ,in monimento antiquissimo.

LABEO MARSVS, QVEM IN CALAMITATE MACEDONICA PROLAPSVM EQVO CELER. HOSTIS PRAEMEBAT. GNATVM SEQVE GLADIO CRVENTO TRAIECIT, NE VICTORIS OCTAVII VVLTVM SVSTINERET, HIC EIVS OSSA CONDITA SVNT IVNONIS LVCIANI SACELLO.
FLAMEN DIALIS AVSTRINVM APPLICARI VETVIT.
CRVDELES PARCAE, QVAE NEMINI PARCVNT, INVIDERE MIHI.
HIC SITVS EST LIGVRINVS PVER DOLOR PARENTVM,

In Labello Apuliæ oppido.

OPPIDA PROCHNE ACVTIANA SECVNDA CREPERIA TIATICAE ISIDI.

In agro Forosemproniensi,in saxo quadrato.

AETERNI IMP. DIOCLITIANVS ET MAXIMIANVS AVGVSTI PERPETVI CAESARES CONSTANTIVS, ET MAXIMIANVS PONTEM MATVRO.

Apud Cannas,Barolum versus.

AVL. SEMPRONIO GN. SEMP. COSS. FILIO PATERNA PIET. IVST. SOLVIT. QVI VS ADOLESC. FLORI PATR. CARISS. QVVM INVIDERET PARCA SPIRITVM EIVS, SEQVOM TVLIT. VMBRAM CINERIB. CONCESSIT AETERNVM.

Apud Cannas in lapide exeso.

SEX. FVRIVS NOBILIS HIC SE CLAVSIT. VT BO-

NA PACE DORMIRET. EXPECTANS PIGNVRA KARA SIBI AT IN T ) FACIT: VOS \ ALF ‾ E.

Cornelii Frontonius Grammatici, qui de nominum, verborum'q; differentiis scripsit, Tumulus adhuc extat marmoreus Pinsauri, in æde Diuorum Decentii, & Germani, extra portam phanestrem huiusmodi inscriptione.

M. AVFIDIO FRONTONI PRONEPOTI M. CORNELII FRONT. ORATORIS. CONSVLIS. MAGISTRI IMPERATORVM LVCII, ET ANTONINI NEPOTI AVFIDII VICTORINI PRAEF. VRBIS BIS CONSVLIS FRONTO CONSVL FILIO DVLCISSIMO.

Ignoratur vbi.

CLODIAE HELPIDII CONIVGI INCOMPARABILI GENIALIS MARITVS.

Viennæ Allobrogum.

D. D. N. N. IMPP. CAES. C. AVRELIVS VALERIVS DIOCLETIANVS P. P. INVICTVS AVG. MVRIS CVRANOLENSIBVS AEDIFICIIS PROVIDENTIA SVA INSTIT TIS. ATQ. ERECTIS PORTAM VIENNENSIVM HERCVLIAM VOCARI IVSSERE.

In fronte alterius portæ vrbis.

PORTAM ROMANAM IOVIAM VOCARI IVSSERVNT. NAM DIOCLETIANVS IOVIVS EST DICTVS. ET MAXIMIANVS HERCVLIVS.

Neapoli.

GN. POMPEIVS, ET IVNIA GEMELLA VXOR DE SVIS BONIS HOC SIBI SVMPSERVNT.

Costatinopoli, in platea, cui nunc hippodromon nomen est. ab vno latere basidis, cui ex solido saxo insidet obeliscus.

Κίονα τετράπλευρον ἀεὶ χθονὶ κείμενον ἄχθος
Μοῦνος ἀναστῆσαι θευδόσιος βασιλεὺς
Τολμήσας. πρόκλος ἐπεκέκλετο. καὶ τόσος ἔστη
Κίων ἠελίοις ἐν τριακονταδύω.

id est ad verbum.

Columnam quadrilateram semper terræ incubans onus
Solus erigere Theodosius Imperator
Ausus est. Proculus accersitur. & tanta stetit
Columna in diebus duobus & triginta.

Ab aduerso autem latere eiusdem basis sic.

DIFFICILIS QVONDAM DOMINIS PARERE SERENIS,
IVSSVS ET EXTINCTIS PALMAM PORTARE TYRANNIS.
OMNIA THEODOSIO CEDVNT, SOBOLIQ. PERENNI.
TER DENIS SIC VICTVS EGO, DOMITVSQ. DIEBVS
IVDICE SVB PROCLO SVM S CLARVS AD AVRAS.

Ibidem.

Τὸ τετράπλευρον θαῦμα τῶν μεταρσίων
χρόνῳ φθαρὲν νῦν κωνσταντῖνος δεσπότης,
οὗ ῥομανὸς παῖς δόξα τῆς σκηπτουχίας,

κρείττον νεουργεῖ τῆς παλαιοθεωρίας
ὁ γὰρ κολοσσὸς θάμβος ἦν ἐν τῇ ῥόδῳ,
καὶ χαλκὸς οὗτος θάμβος ἐστὶν ἐνθάδε.

hoc eſt.

Quadratum hoc miraculum eorum, quæ in ſublimi ſunt.
Tempore corruptum nunc Conſtantinus Dominus,
Cuius Romanus filius eſt decus Imperii,
Melius reſtituit antiqua eleuatione.
Coloſſus enim miraculum fuit Rhodi,
Etiam æs hoc miraculum eſt hic.

VENETIIS, IN ÆDIBVS IOANNIS
TACVINI TRIDINENSIS.
MENSE FEBRVARIO.
M. D. X X V.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L

Omnes ſunt Quaterni, præter K qui eſt
Duernus. & L Ternus.